Wi broder henrich von den orden der mynnerbroder von der genaden godes eyn bisscop to Curlande. schriuen allen cristenluden die desen brief sien of horen lesen. heyl in des leuendige godes sone = Witlich si der meynheyt. dat die brodere von deme dudesschen hus. die moyllen die si gesat hebben tusschen der Muthine vnn der danghen. mit vnser volborde vnn vrien willen gebuwet hebben ꝙ weret dat si wege to der vorgesprokenen molen dechten to makene vnn von nodeswegen eyn dam oder weyde die dar bi weren hir na males mit watere bekvmmerden, dat selue hebbe wi yn gevolbort vnn erlouet op dat nyeman von vnsen na komelyngen ghegen den broderen eyn twiuelynge dirre dayt hebben moge = In welike geloue dirre dinge. so hebbe wi dissen gegenwordigen brief mit vnsen ingesigele geucstet. vnn gestarket Gegeuen to Goldingen. dar gegenwordich weren. bruder anne der Meister der seluer broder to liflande vnn to Curlande. broder andreas vns kvmpane. Conrayt vnse neue. vnn vnse vogete. broder Euerhart broder Rutgere. broder heynrich der Commendure to Goldingen. broder volpert. broder herman. vnn andere vil guder lude. vnder den iaren vnses heren dusent Twe hvndert viff vnn vyftich in den mande des meyen.

16. Der livl. OM. Anno erweitert und vermehrt den Oeselern die ihnen von seinem Vorgänger Andreas ertheilten Rechte, nachdem sie von ihrem Abfalle vom Christenthume wieder in

den Schoos der Kirche zurückgekehrt. D. D. in Osilia, VI. Kal. Sept. (27. Aug.) 1255.

Abschrift nach einem Original, woran noch das Hospital-Siegel in Wachs hing, in *Hiärns Collect. p. 331.*, Auszug bei *Brotze, Syll. I. 196.* Vgl. *Index nro. 3304.*, wo die Jahrzahl 1257 in 1255 zu ändern, *Arndt II. 54.* (nur schwache Andeutung und ganz unrichtig unter OM. Andreas von Stirland).

Frater Anno Magister fratrum domus S. Mariae Theuton. in Liuonia. Omnibus praesentes literas visuris salutem in domino Jesu Christo. Cum divina dispensatione et praeordinatione Osiliani apostatae ad gremium matris Ecclesiae a qua exciderant redierunt, expedit eos uberius multimode consolationis quasi modo genitos exfoveri ne sub tam graui onere alligato ex nostra crudelitate materia malignandi eis quodammodo tribuatur. Unde allectiue ad cultum fidei volentes eos pertractare quaedam iura inferius notata addidimus ad iura eis data post apostasiam, a Magistro Andrea domus S. Mariae Theuton. in Riga nostro praedecessore. Isti autem articuli juris sunt adjecti. Primum est quod nullam facient emendam de damnis datis tempore apostasiae et antea, homicidio duntaxat excepto. Secundum est, quod nulla inter eos vacare possit hereditas ad usum domini terrae, quamdiu aliquis reperitur, qui cum sua parentela ... (*unles.*) et emendam homicidii noscitur persoluisse. Tertium est, quod cum aliquem a terra Osiliensi secundum eorum consuetudinem eliminari contigit pro peccato contra naturam commisso, haeredes ipsius suam obtineant haereditatem, consensu terrae domini impetrato. Quartum est ut a nullo requiratur haereditas servorum in terra eorum,

quae vacabat ante tempus apostasiae. Quintum ut si aliquem suadente diabolo contingat se ipsum jugulare ad mortem, a nullo puuiatur excessus talis, nisi per aliquem hoc fuerit procuratum. Sextus est articulus in quem Seniores terrae in nostra praesentia pro tota terra consenserunt, ut si aliquis proximum suum occidit hac ratione, ut suam possideat haereditatem, jus suum quod in ea habuit, devolvatur ad dominum terrae et insuper domino dabit emendam integram, quae de homicidio dari consuevit in illa terra. Septimum est de judicio fratrum nostrorum, quod habent in Osilia, quia discretum uon fuerat, quando debebat terminari ac inchoari, ac petiuerunt homines nostri, ut vellemus eis terminum assignare, quando uostrum judicium terminari deberet et inchoari. Nos igitur eorum sedulis precibus inclinati eisdem terminum assignavimus et in hac una nobiscum voluntate concordarunt, ut festo b. Michaelis usque ad carniprivium debeat nostrum judicium perdurare, ita sane, ut si noster aduocatus aliqua legitima causa fuerit praepeditus, ut suum negocium ac judicium complere nequeat, inchoatum neglecti temporis spatium compleat cum potuerit iterato; quo tamen impleto Osiliani jus suum in judicio obtinebunt. ... (*unles.*) sunt obligati nobis fide data ad expeditiones in hyeme cum equis et cum navibus in aestate, si hoc a fratribus ab eis fuerit requisitum et eos omnes violenter ac indebite nos gravare nolentes, cooperatores nostri pro posse suo existente perpetuo sint parati. Actum praesentibus fratre Theodorico de Velyn, fratre Hermanno de Wenden, fratre Georgio de Segewalde, fratre Ludo-

vico de Riga, fratre Heidenrico de Ascherad, fratre Henrico de Goldingen, fratre Bernhardo de Memelburg Commendatoribus; item fratre Everhardo, fratre Emundo, fratre Henrico Iwewo, fratre Johanne de Wenden, fratre Ludovico Balken, fratre Volperto, fratre Hermanno de Sigelhorst Aduocato et quam pluribus aliis fratribus. Datum in Osilia praeseutibus Ylle, Culle, Enue, Mortede, Tappele, Valde, Mesete, Coke, quamplurimis Osilianis Anno Domini M. CC. LV. Vl. Kal. Septemb. et ut hoc ratum et stabile permaneat praesentem paginam nostri sigillo et Osilianorum munimento duximus roborandam.

17. P. Alexander IV. bestimmt dem D. Orden zwei Drittheile von Kurland und bestätigt des Sabinensischen B. Wilhelm am 7. Febr. 1245 darüber gemachte Verordnung, d. d. Viterbo, XVII. Kal. Nov. Pont. a. III. (16. Oct. 1257).

Alte Abschrift in einem Copiario des 14. Jahrh. im Kurl. Prov.-Museum. Vergl. *Index nro. 145., Brotze's Sylt. II. 161* b.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis magistro ac fratribus hospitalis sancte marie Theutonicorum Jerosolimitani Salutem et apostolicam benedictionem. Veros Christi martires illos ex dilectis filiis fratribus ordinis vestri dignissime reputamus. qui non solum in terra sancta sed etiam in lyuonie ac prutie partibus pro fidei negocio ad dei gratiam magnifice promouendo labores acerrimos et infinitas angustias ac egestatem nimiam cum omni patiencia frequentissime sustinentes in mortem

sua corpora tradideruut. secura ducti fiducia quod ex dominici bibicione calicis perueniret eis premium perpetue claritatis. pro tanta siquidem excellentia meritorum nos decens et pium esse prouidimus ut eundem ordinem nostrum specialis beniuolentie gracia iugiter foueamus ita quod ipsius magnitudo negocii semper de bono in melius possit auctore domino prosperari. Sane dilecto filio Magistro Johanne de Capna. Notario nostro fratre ipsius ordinis vestri referente percepimus quod bone memorie Guilielmus Sabinensis Episcopus tunc apud sedem apostolicam de beneplacito et mandato felicis recordacionis Innocencii pape predecessoris nostri quo ad predictas lyuonie ac prucie partes fungeus officio legacionis. vobis eiusdem predecessoris authoritate concessit. vt sicut ex gracia sedis apostolice de tota prucia que iuris est et proprietatis beati petri. duas partes habetis ita simili modo per omnia de tota Curonia seu Curlandia. que inter regiones prucie totaliter conputatur. duas partes cum omni iure ac prouentu ipsarum duarum partium integre habeatis Non obstante compositione aliqua facta per quemcumque alium et illa precipue. quam quidam religiosi viri qui christi milites tunc temporis vocabantur. et tandem vestre Religionis habituui auctoritate sedis apostolice assumpserunt. Cum bone memorie Engelberto ipsius Curonie uel Curlandie Episcopo sub ea forma fecisse dicuntur quod ipsi tertiam et duas partes Episcopus ibidem obtineret. Adiecit eciam idem Episcopus Sammensis quod in predictis duabus partibus vestris eiusdem Curonie seu Curlandie salua sint episcopo qui fuerint ibidem

pro tempore illa omnia duntaxat que non possunt nisi per Episcopum exerceri prout in patentibus litteris ipsius Episcopi Sammensis confectis exinde. ac suo sigillo signatis plenius continetur. Cum itaque pro parte vestra fuerit a vobis humiliter supplicatum ut huiusmodi concessionem duarum parcium eiusdem Curonie seu Curlandie factam uobis a sepedicto Episcopo Sambinensi apostolico roborare munimine dignaremur, Nos vestris ac prefati Notarii precibus inclinati. Concessionem ipsam ratam habentes et firmam. eam de certa scientia autoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, deeernentes irritum et inane. si aliquas [*leg.* aliquid] super hijs contra confirmationis nostre tenorem fuerit attemptatum. Tenorem auctoritatis litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus ammuniri qui talis est. Gvillelmus miseratione diuina sambinensis Episcopus apostolice sedis legatus. dilectis in christo. Magistro ac fraternitati hospitalis sante marie theutonicorum Jerosolimitanorum Salutem in nomine ihesu christi. fungentes olim in lyuonie ac prucie partibus legationis officio oculis nostris asspeximus. Quod uos sacre conuersationis iuri studio desudantes. animam vestram pro Christo promtis letanter et christiane religionis aucmentum omni diligentia promouetis inter alias vestras angustias illam multotiens penuriam patientes. que vix potest censeri credibilis. nisi de uisu prodeat euidentia ueritatis. Sane quidem religiosi viri qui milites Christi vocabantur. quandam partem Curonie seu Curlandie de paganorum manibus eruentes. cum bone memorie Eyngelberto Episcopo ibidem

instituto a nobis talem compositionem inijsse dicuntur. vt eis tertia pars terre. et due partes Episcopo qui esset pro tempore deberentur. postmodum autem facta ordini vestro dictorum incorporatione militum quorum ad uos iura omnia per hoc legitime sunt translata. Cum predicta pars Curonie relicto cultu catholice fidei. et eodem Episcopo infidelium manibus interfecto in pristinam perfidiam laberetur. vos ipsam partem de impiorum manibus preualenti dextera resumentes. et eiusdem terre grande spatium acquirentes per diuine subsidium potestatis. Castrum quod olim Goldinghen modo Jesusborgh dicitur inibi construxistis verum cum vos pro acquisicione residui et conseruandis etiam acquisitis expensas grauiores solito et maiores oporteat subire labores. Ad sanctissimi patris domini Innocencii pape gratiam recurristis humili supplicatione petentes. vt sicut de terra prucie quam ipse recepit in ius et proprietatem beati petri. vobis due partes auctoritate sedis apostolice sunt concesse. Sic de prefata Curonia seu Curlandia cum sit pars prucie. vobis non obstante compositione predicta. seu qualibet alia duas partes concedere dignaretur prefatus dominus papa nobis ad plenum de huiusmodi negocii circumstantiis informatis. et scientibus illius prouincie qualitatem de sua benignitate commisit. ut super hoc illius prouisionis studium haberemus. Quod negocio fidei et vestre ac aliorum fidelium videremur expedire saluti. Nos itaque sollicite attendentes quod a vobis post deum huiusmodi negocii magnitudo dependet. et quod palmam martirij queritis ut quietem aliis preparetis. Auctoritate domini pape vobis concedimus ut sicut

ex gratia sedis apostolice de tota prucia duas partes habetis Ita simili modo per omnia duas partes de tota Curonia seu Curlandia. Non obstante composicione predicta seu qualibet alia per quemcumque facta cum omni iure ac prouentu ipsarum integre habeatis. presertim cum certum sit nobis et omni homini terrarum illarum habenti noticiam. Quod Curonia seu Curlandia inter regiones prucie totaliter computatur. In predictis autem duabus partibus vestris ipsius Curonie seu Curlandie. salua sint Episcopo vel Episcopis qui fuerint ibi pro tempore illa omnia dumtaxat. que non possunt nisi per Episcopum exerceri. Datum Jugduni. anno domini M° C° C° XLV° VII Idus februarii Pontificatus domini Innocentij pape quarti anno secundo. Nulli ergo omnino etc. etc. datum Viterbij XVII Kal. Nouembris pontificatus nostri anno tercio.

18. B. Heinrich von Kurland verspricht, die Rechtsame der Bürger zu Memel aufrecht zu erhalten, welche OM. Burchard von Hornhusen ihnen bewilligt, d. d. 1258.

Alte deutsche Uebersetzung in einem Copiario des 14. Jahrhunderts im Kurl. Prov.-Museum. Vergl. *Index nro. 155., Brotze's Syll. II. 138.*

In dem namen ihesu christi amen. wi broder heynrich eyn mynnerbroder von der genaden godes eyn bisscop to Curlande. schriuen allen christen luden. Grute in des leuendigen godes sone ‹ witlich si der meynheit. dat wi die recht vnn vriheit die broder borchart von hornhusen eyn gebidiger der brudere des dudesschen huses vnn sin brodere vnsen burgeren to der mimelborgh gemaket

hebben. so dat boke dat dar von gemaket is volkomeliken behelt. stede halden vnn mit dem tuge disses briues den wi mit vnsen ingesigele besigelt hebben. vesten. disse ding so vntobrokelike von vnsen nakomelinge to haldene. als von ander der gemeynheit. vnn nyemann sal er en genewijs dorren to brekene. Geschehen sin disse ding vnder den iaren vnses heren dusent Twe hundert acht vnn vijftich.

19. P. Alexander IV. gestattet dem DO. in Preussen, dass dessen Priester-Brüder den geistlichen und Laien-Brüdern und Dienern des Ordens Absolution vom Banne, den sie durch Gewaltthätigkeiten gegen Kloster- oder Weltgeistliche auf sich geladen, ertheilen können, sobald nur die Beleidigten ihre Genugthuung erhalten, d. d. Anagni, XVI. Kal. Jan. Pont. a. V. (17. Dec. 1258.)

Transsumt d. d. Marienburg d. 21. Jan. 1347, in einem Copiario des 14. Jahrhunderts im Kurl. Prov.-Museum. Vgl. *Index nro. 3307., Brotze's Sylt. II. 164.*

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC° quadragesimo septimo. Indictione quintadecima, vicesima quarta die Mensis Januarii. pontificatus sanctissimi in Christo patris. domini Clementis pape sexti. Anno quinto hora nona vel quasi in castro Merienburgensi in presentia mei notarii publici et testium subscriptorum Magnificus et religiosus. vir. frater henricus Tusmer ordinis beate Marie domus theutonice fratrum hospitalis ierusalem. Magister generalis. Quoddam priuilegium apostolicum verum bullatum exhibuit. Peteus per me notarium publicum exemplar datum per dominum

Alexandrum papam iiiitum. cuius Tenor per omnia sequitur in hec verba Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis. Magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in prusia salutem et apostolicam benedictionem Deuotionis vestre precibus inclinati presentium vobis auctoritate concedimus vt fratres vestri ordinis presbiteri Timorati *) et prouidi fratribus et familiaribus vestris Clericos atque laycos vobiscum contra infideles illarum partium permanentibus qui pro violenta injectione manuum in religiosas personas et clericos seculares excommunicacionis incurrerunt sentenciam vel incurrent dummodo passis iniuriam satisfaciant competenter possint iuxta formam ecclesie absolucionis beneficium impertiri. His dumtaxat exceptis quorum adeo grauis fuerit et enormis excessus. quod merito sint ad sedem apostolicam destinandi. Cum autem ex fratribus vestris clericis quidam exinde irregularitatem incurrisse dinoscuntur imposita sibi penitencia salutari dispensare valeant prout secundum deum anime ipsorum saluti viderint expedire. Datum anagnie xvi. kal. Januarii pontificatus nostri anno quinto. Datum Marienburg Anno Indictione die hora loco quibus supra presentibus honorabilibus et discretis viris dominis. Magistro. martino. plebano Elbingensi et Canonico Ecclesie warmiensis. Magistro conrado medico et canonico ecclesie coloniensis collegiate sancti Andree Conrado vryschinbach pe-

*) timorare = timorem incutere; daher timoratus eig. eingeschüchtert, furchtsam, aber gewöhnlich: humilis, modestus.

regrio de Sentzkow. Petro de hugewitz et aliis fide dignis.

Et ego paulus quondam helwitz de Molnsdorf clericus wratislauiensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius ad euidenciam maiorem et ipsius domini Magistri generalis peticionem priuilegium bullatum perscriptum ad exemplar domini Alexandri pape quarti presens interfui fideliter conscribendo nomine et sigillo consuetis signaui rogatus in testimonium premissorum.

20. P. Alexander IV. Bestätigung der Theilung Kurlands zwischen dem DO. und dem Bischof, so dass ersterer zwei Theile, letzterer den dritten Theil davon haben soll, wie auch in Preussen die Landestheilung geschehen, d. d. Anagine, VIII. Kal. Febr. Pont. a. VI. (25. Jan. 1260.)

In einem Copiario des 14. Jahrhunderts im Kurl. Prov.-Museum. Vgl. *Index nro. 3309, Brotze's Sylt. II. 163.*

Alexander Episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis. Magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitanorum Salutem et apostolicam benedictionem. Virtutis diuine subsidio peruenisse dinoscitur quod plurimi ex fratribus vestri ordinis dudum ad partes lyuonie. pro fidelium ibidem degentium procuranda salute duce Christo cum gratia sedis apostolice accedentes terram Curonie seu Curlandie conterminam ipsi lyuonie et pruscie eripuerunt de paganorum manibus et reddiderunt christiano nomini subiugatam constructis ibidem pro tuitione fidelium. sub grauissima laborum et expeu-

sarum sarcina. et multa effusione sanguinis municionibus oportunis. Cum itaque vos pro tam claris meritis apud sedem eandem speciali gratia dignissimi existatis. Nos deuocionis uestre precibus annuentes presentium vobis auctoritate concedimus. ut sicut vos de prefata pruscia duas partes habetis. et Episcopi tertiam partem obtinent. Sic et de predicta terra Curonie seu Curlandie. duas partes in perpestuum habeatis. tercia loci Episcopo reseruata. Maxime cum vos sicut accepimus terram ipsam jam dudum cum eodem Episcopo iuxta premissum modum diuiseritis et eam taliter diuisam pacifice teneatis. Nulli ergo omnino etc. etc. Datum Anagine VIII kal. febr. pontificatus nostri Anno sexto.

21. P. Alexander IV. nochmalige Bestätigung der Theilung Kurlands zwischen dem Orden und dem Bischof zu zwei und einem Theile, d. d. Anagine, XIII Kal. Maii Pont. a. VI. (20. Apr. 1260.)

In einem Copiario des 14. Jahrhunderts im Kurl. Prov.-Museum und darnach in *Brotze's Sylt. II. 165.* Vergl. *Index nro. 3310.*

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis. Magistro et fratribus hospitalis sancte marie Theutonicorum Jerosolymitarum Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum impertiri Exhibita siquidem nobis vestra peticio continebat. quod cum fratres uestri ordinis ad partes pruscie ac lyuonie accedentes terram Curonie seu Curlandie per diuine virtutis auxilium eripuissent de manibus paganorum diuersis

municionibus pro defensione ipsius terre constructis ibidem sub grauissimis laboribus et expensis. Tandem fratres ipsius ordinis vestri de partibus illis. Cum venerabili fratre nostro. Episcopo ipsius Curonie nullum adhuc habente capitulum. diligenti super hoc prius. hinc inde deliberatione habita. dictam terram Curonie seu Curlandie taliter diuiserunt. ut ijdem fratres duas partes ipsius terre. et dictus Episcopus terciam partem debeant obtinere. prout in patentibus litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati. quod ab eis super premissis perinde factum est ratum et firmnm habentes. id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc. etc. Datum Anagine XIII Kal. Maji. pontificatus nostri anno sexto.

22. Die Königin Margaretha von Dänemark ordnet die Münze zu Reval und giebt der Stadt das Münzrecht, d. d. Roskildis, Idib. Aug. (13. Aug.) 1265.

Abschrift in *Hiärn's Collect. p. 540.* und darnach in *Brotze's Syll. I. 197. Vgl. Index nro. 3312.* (fehlt in den *Regest. hist. Dan.*)

Margaretha D. G. Danorum Sclavorumque Regina, Capitaneo Revaliensi coeterisque aliis omnibus Revaliam inhabitantibus Salutem in vero Salutari. Constare volumus universis quod nos de consensu dilecti filii nostri Domini Regis monetam Revaliensem taliter duximus innovandam, quod de una marcha puri argenti sex marchae Denariorum et duae orae denariorum fabricentur; ac in eodem valore dicta moneta immutabiliter perseueret. Injungentes cunctis

eiusdem Consulibus ut caueant diligenter ne dicta moneta falsificetur, vel in aliquo peioretur. Et quod pondera quae ad praesens ut audiuimus minorata sunt et falsata, juxta dictorum consulum discretionem et consilium corrigantur. Si quis autem huiusmodi falsitatem in ponderibus vel moneta facere in posterum attemptarit, volumus et tenore praesentium eisdem concedimus liberam facultatem huiusmodi Falsarios quicunque fuerint secundum jura Lubicensia corrigendi, et sicut ordo juris dictaverit, poena debita puniendi. Hanc etiam eidem civitati gratiam concedimus per praesentes, quod contra consensum et voluntatem dictorum consulum in eorum praejudicium nullus ibidem institui debeat advocatus. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum Roskildis. Anno Domini MCCLXV Id. Augusti. Testibus Dominis Odewardo de Lode et Harberto.

23. P. Clemens IV. bestätigt die Einigung zwischen dem Bischof von Oesel und dem livl. OM., welche ehemals unter Vermittelung des Legaten Wilhelm gemacht worden, in allen ihren Puncten, d. d. Viterbii, V. Kal. Junii Pont. a. II (28. Mai 1266.)

Abschrift in *Hiärn's Collect. p. 232.* und daraus in *Brotze's Syll. I. 198.* Vergl. *Index nro. 3515.*

Clemens Episcopus Seruus servorum Dei, dilectis filiis, Magistro et fratribus hospitalis Ste Mariae Theutonicorum in Livonia salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii

nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat: quod bonae memoriae Osiliensis Episcopus qui nullum habebat capitulum attente considerans quod sine nostri favoris praesidio circa suorum subditorum proterviam prosperari non poterat, ac sui episcopatus jura tueri nobis ei promittentibus de praesidio huiusmodi subuenire de consensu b. memoriae G. tunc Mutinensis Episcopi in partibus illis apostolicae sedis legati, certam partem bonorum in loco suae dioeceseos maritima nuncupato qui quibusdam aliis iuribus ad eum et episcopatum Osiliensem spectantibus sub certis conditionibus utrique parti accommodis diligenti perhabita deliberatione concessit prout in patentibus literis confectis exinde ac sigillis legati et episcopi praedictorum signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super hoc provide factum est ratum et firmum habentes, id autoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino etc. etc. Datum Viterbi V. Kal. Junii Pontificatus nostri anno secundo.

24. Des livl. OM. Otto von Lutterberg Vertrag mit den Kuren, d. d. Riga, im Monat August 1267.

Alte deutsche Uebersetzung in einem Copiario des 14. Jahrhunderts im Kurl. Prov.-Museum. Vergl. *Index nro. 203., Brotze's Sylt. II. 156.*

Wi bruder Otto von lutterbergh Meyster der brodere des dudesschen huses ouer liflant. Schrinen allen cristen luden die desen brief sien of horen lesen. Grute in den namen ihesu christi ꝙ Op

dat die gegenwordige dayt kome in eyn gedechnisse. der na komelynge. so sal man se. hartlichen veysten mit tuge vnn mit briuen. ꝙ hir umme so sal weten die gemeynheit. dat wi mit gemeynen rade des ganzen landes to Curlande vergeuen vnn vergeten hebben al den Curen alle den broke gemeynliche vnde svnderliche. den si vns gedan hebben in der tijt der werrunge. vnn si mit eyn ander vergeuen hebben. dat nummer ane ende von vns vnn von yn to ener wrake sal gedacht werden. ꝙ Welike irer vnder guden truwen dem anderen sine perde stelet oder nemet. so sal die schuldighe si betalen vnn wider geuen. oder it sal bliuen in eyner unvruntlicher mynne ꝙ von eme yegelichen haken ouer Curlant. sal man den broderen to tynsse geuen. twe lope Rogghen. vnn weret dat hi den rogghen nicht hebben en mochte so sal hi geuen eyn lop wetes vnn enen lop garsten. vnn alsus heuet he sinen tynss betalet. ꝙ Eyn yegelich pert dar man mit eghet wannere it in syn vijrde iar trit. so sal it geuen den vorgenomeden tynss ꝙ vier dage sal eyn yegeliche arbeyden in dem lande dar he sittet den broderen. twe dage in dem somer, vnn twe in dem winter. ꝙ war von den broderen eyn hus vor den heyden wirt gebuwet. welike des cristen gelouen vertyet. die sal dar selues eyn mant dinen bi siner egen kost. wannere dat man buwet. so solen si desse kost don. Wannere dat man nicht buwet. so wille wi si von disser kost. vnn von anderen alleme arbeyt verdragen ꝙ Vortmeir von anderen borgh arbeit wil wi si ewelike verdragen = vortmeir von den teenden des reyse gudes. wil wi si eweliken verdragen ꝙ Eyn yegelike

erue solen si erheuen in dem vijrden knye. Also doch dat sin here in sime rechte en ghenen schade neme*= vortmeir war dat he sich nider settet to wonen. dat sal he hebben vor eyn ewich erue. so die stede en ghene erue nicht en heuet ꝙ vortmeir alle dat dinck. dat dar vunden wirt bi dem strande. des sal die vinder hebben. dat dridde deil des gevunden dinges. twe deil sal hi drugen vnn antworden si in des vogedes hant, die sal si halten iar vnn dagh. vnn weret dat binnen disser tyt yeman rechtverdeliche queme to vorderen disse ding. den sal man si wider geuen. vnn weret dat dar nyeman queme binnen der tijt dat dinck to vorderen. So sal die here des landes der dinghe sich vnderwinden. dat selue sal man halten von den ankeren die nicht geteykent sint weret dat si geteykent weren. die si vundet. den sal man vor sin arbeit lonen ꝙ vortmeir alle ding dat dar vlut in der see dat do dem strande noch nicht en is gekomen. des sal der vinder die helfte hebben. die ander helfte sal hebben die here des landes. vortmeir eyn iegeliche die in sines liues not is. die en sal sinen hulper nicht mere, wan dat dridde deyl sines gudes gelouen. it en were dat hi neger mit ym ouer eyn kunde komen ꝙ vortmeir welich man tughe sich beropit. die sal hi vor bringhen binnen drin maenden. weret dat si ouer dune weren. weret dat die tuge ouer see weren. so sal hi si vor bringhen. binnen iar vnde dage ꝙ vortmeir so solen si alleme liueschen rechte vnderdenich sin In welich getugnisse so hebbe wi vns ingesigele an dissen brief gehanghen ꝙ Gegeuen to Righe vnder den iaren vnses heren. dusent

Twehundert seuen vnn sestich in dem mande des oysten.

25. Der Rig. EB. Albert und der livl. OM. Otto (von Lutterberg) vergleichen das Domcapitel und die Stadt Riga dahin, dass kein Theil den andern am römischen Hofe verklagen, sondern dass sie ihre Streitigkeiten entweder in Güte, oder nach dem Rechte beendigen, und dass Propst und Capitel keinen Fürsten noch mächtigen Herrn, zum Nachtheil der Rig. Kirche, des OM. und der Stadt, ins Land befördern will, d. d. Riga, im Dec. 1268.

Ist zwar schon bei *Dogiel V. 21. nro. XXX.* gedruckt, folgt hier aber nach dem Original im Rig. Stadtarchive. Vgl. *Index nro. 204., Brotze's Sylt. I. 20b.*

A(lbertus) miseratione diuina sancte Rigensis Ecclesie Archiepiscopus, et Magister Ot(to) Fratrum domus Theutonicorum per lyuoniam, Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem et benedictionem a domino Jesu Christo. Cum materia quaestionis inter dilectos dominum Jo(annem) prepositum et kapitulum ex una parte et consules ac ciues Rigenses ex altera super diuersis articulis suborta fuisset, nobis tandem mediantibus in hunc modum eadem questio est sopita, quod videlicet prepositus et kapitulum nichil procurabunt in curia Romana in dampnum consulum et ciuium eorundem. Et consules et ciues versa vice nichil contra prepositum et kapitulum in curia Romana procurabunt. Sed si aliquid quaestionis subortum fuerit inter eos, illud amicicia seu iusticia mediante terminabitur coram iudice competente. Fre-

terea predicti prepositus et kapitulum nullum principem vel dominum ad istam patàm *) euocabunt in dampnum et preiudicium Rigensis Ecclesie et Magistri et fratrum et consulum et ciuitatis saluo Jure electionis de quacunque persona canonice celebranda. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum et parcium **) appensione duximus roborandas. Datum in ciuitate Rigensi anno domini M° CC° LXVIII° mense decembri.

26. EB. Albert von Riga und der livl. OM. Walter von Nortike bestimmen den bekehrten Semgallern ihre Abgaben, d. d. acht Tage nach Petri und Pauli (7. Juli) 1272.

Alte deutsche Uebersetzung in dem Copiario aus dem 14. Jahrhundert im Kurl. Prov.-Museum; eine neue hochdeutsche steht in *Merkel's freien Letten u. Elisten S. 29—32.* Vergl. *Index nro. 210., Brotze's Sylt. II. 160* b.

Wi albrecht von der barmherzicheit godes eyn erdisse bisscop der heliger kirken to Righe. Johan von der seluer genaden eyn prowest der selber kirken bruder Walter von Nortike Meyster der brodere des dudesschen huses sente marien ouer liflant. schriuen allen den genen die dissen brief sien of horen lesen. heil in dem die gesunt maket alle die ghene die hopeninge hebben an in q do dat lant to Semigalle nu von der godes genaden to ruche gelacht***) die dwelvnge †) des heydenssche gelouen vnn echter

*) *forte:* prelaturam. *Dog.* pactam.

**) *Dog.* praesentium.

***) zurückgelegt, *d. i.* abgelegt, abgethan.

†) Irrthum, von *dwalen*, in der Irre gehn.

den cristen gelouen vntphieng. den si vormales vntphangen hadden vnn besiden geworpen. vnn wi die dar ouer weren geeysschet hebben die eldesten des landes to vnser gegenwordicheit. vnde vil handelvnge gehat hebben her vnd dar op iren tyns vnd ir recht tusschen in vnn vns. to dem lesten behagedet in, von gemeynen rade vnn volbort iren tyns vnn ir recht to metigen in disse wijs. also dat to plechtlicher gewonheit vnn geistlicher behuvinge. in der stede des tehendes. solen schuldich sin to geuene eweliken. von yeweliken haken twe lope Rigisscher mate. eyn rogghen vnde eyn gersten q vortmeir so solen si to dem arbeit dienen. twe dage in dem somer vnn twe dage in dem winter. also doch dat in dissen vijr dagen von yegelicheme haken eyn vore don solen to vorende wes dat wi behouen. vnn die anderen yegeliken personen. die also alt sin. dat si arbeyden mogen die solen vns dienen mit iren hant arbeyt. als hoye to slande. oder holt to dragen vnn houwen ist dat it behuf is q Erlouet is in ock. dit vor gesproken korn. weret dat si gebreke dar an hedden mit gemetelikeme lone to losene. als vor enen yegeliken lop, twe artinck rigis siluers to betalene oder twe marde *). oder achte gra vel **). to groteren lone mit nicht to dwingene. Mer to der borch buvnge. vnn die wege to makene vnde to reysen solen sie sich willich vnn reyt bewisen. q vnn die vogede solen ir richt halden dries ***) in dem

*) Marderfelle.

**) Grauwerkfelle.

***) dreimal.

iare nach dem rechte vnn der gewonheit des landes to letland vnn to Eystlant solen si richten eysschen plectliche scaffunge ꝙ To ener groterer apenbarunge vnn eweliker behaldvnge so hebbe wi yn disse gegenwordige scrift gegeuen mit vnsen ingesigelen. mer mit dem bilde der stat to Righe beuestent. ꝙ Gegeuen vnder den iaren vnses heren. dusent Twe hvndert Twe vnde seuentich in dem achten tage der apostelen. petri vnn pauli.

27. OM. W(alter von Nordeck) privilegirt die Stadt Riga mit Handelsfreiheit, vom J. 1275.

Abschrift in *Brotze's Livon. XXIII. 159b. (ex libro privilegiorum et documentorum civ. Rig.)*

Frater W. Magister domus Teutonicorum per Livoniam et fratres sui. Vniversis fidelibus praesens scriptum visuris salutem in eo sine quo non provenit ulla salus. Sciant singuli et noverint universi, quod castra seu munitiones a fratribus nostris videlicet domus Teutonicae, vel eorum jussu aedificata, vel in posterum aedificanda, non in praejudicium vel impedimentum Rigensis civitatis vel mercatorum sunt aedificata aut aedificanda, sed ad profectum fidei et promotionem Rigensis Civitatis et vniversorum mercatorum. Praeterea civitas Rigensis et mercatores vniversi pacem cum fidelibus servantes, omnes vias et terras liberas transeundi habeant, simulque emendi et vendendi potestatem sicut a tempore Magistri Volquini piae memoriae suorumque successorum hactenus habuerunt. Ut autem rata et firma a nobis et a nostris subsequentibus ista permaneant, praesentem paginam de consensu communi

nostrorum fratrum sigillo nostro in testimonium communivimus. Datum anno M. C. C. LXXIII.

28. König Magnus Ladelas von Schweden bestätigt den Rigischen die ihnen von seinem Bruder Waldemar 1271 ertheilte Handelsfreiheit, d. d. Linkiöping, Prid. Non. Oct. (6. Oct.) 1275.

Original im Rig. Stadtarchive; Abschrift in *Brotze's Syll. II. 21*b. Vergl. *Index nro. 214.* Schon abgedruckt in *Lagerbring's Swea Rikes hist. II. 542. 629.* und in *Liljegren's Dipl. Svecan. I. 500. nro. 601.*

Magnus dei gratia rex Sveuorum. Venerabilibus Dominis et reuerendis. Domino Jo(anni) Dei gratia sancte rigensis ecclesie archiepiscopo. E. magistro domus Teutonicorum per lyuoniam. A. priori fratrum predicatorum. V. gardiano fratrum minorum. Salutem in domino sempiternam. Referentibus uobis litteratorie *) didicimus, dilectum fratrem Waldemarum predecessorem nostrum in Regimine Regni Ciuibus ciuitatis Rigensis quasdam concessiones et libertates indulsisse in hunc modum. W. Dei gratia Rex Sueuorum. Omnibus presentes litteras inspecturis. Salutem in domino sempiternam. Tenore presentium dilucide protestamur nos de bona uoluntate fauorabiliter indulsisse, ut Rigensis ciuitatis ciues Regnum nostrum mercimoniorum seu quarumlibet negotiationum gratia uisitare uolentes, Remoto cuiuslibet pedagii **) vel telonei, seu exactionis

*) *d. i.* schriftlich.

**) *pedagium*, auch *peagium*, *pesagium*, *pedagicum* geschrieben, ist mit dem französischen *péage* einerlei, und bedeutet eine Abgabe, die man geben musste, um von

grauamine libere uenire. morari. seu pro libito recedere ualeant et secure. Et hoc quamdiu nostrates in ipsorum ciuitate seu patria simili gaudent priuilegio libertatis. hac nichilominus adhibita discretione, per quam ueri ciues a falsis et simulatis ciuibus distinguantur. vt predicti Rigenses memoratis indulgentiarum gratiis gaudere cupientes sigilla secum ferant autentica. Videlicet Episcopi qui pro tempore fuerit, aut proprie ciuitatis. Vt autem ea que in presentibus litteris continentur inviolabilem obtineant firmitatem, Eisdem sigilli nostri munimentum duximus apponendum. Datum stokholmis. Anno domini M° CC° LXXI. in mense septembri. Nos igitur suprascriptas concessiones et libertates sicut iuste et rite indulte sunt ratas habemus, et ipsas autoritate regia confirmamus. Datum Lincopie. Anno. Domini M° CC° LXXV° pridie non. octobris.

29. König Magnus (Ladelas) von Schweden giebt den Rigischen die Zollfreiheit in seinem Reiche, d. d. Westeras 1276.

Obwohl diese Urkunde schon in *Lagerhring's Swea Rikes hist. II. 629.* und *Liljegren's Diplom. Svecan. I. 505. nro. 607.* abgedruckt, auch von *Arndt II. 64.* (aber mit dem unrichtig angegebenen Ausfertigungsorte Aarhus) angeführt ist, so folgt sie hier doch nach dem Ori-

---

einem Orte nach dem andern Waaren etc. bringen zu dürfen: Wegegeld, Brückengeld u. s. w. (*v. Ducange s. h. v.*) *Richelet* erklärt es: Droit seigneurial qui se prend sur le betail, ou sur la marchandise, qui passe, pour entretenir les ponts, les ports et les passages, savoir ce qui se transporte, et ce qui se passe d'une contrée en une autre.

ginal im Rig. Stadtarchive. Vergl. *Index nro. 216. Brotze's Syll. I. 22b.*

Magnus dei gratia rex Sweorum. Omnibus presentem paginam inspecturis. Salutem et omne bonum. Nosse volumus vniuersos ac singulos quod nos ad instantiam petitionis dilecti nobis fratris Ernesti Magistri domus Theutonice de liuonia Burgensibus de Riga talem dedimus libertatem ut in Regni nostri partibus cum illuc peruenerint emant et vendant et sint a Thelonio et ab omni solutione iniusta*) liberi et securi, hoc solum excepto, si nos quandoque propter necessitatem terre nostre aliquam in terra nostra in emptione et venditione obseruari precipiamus, quod et prefati Burgenses uelut illi de Gotlandia et lubeke simili modo seruent. Datum Arusie anno domini M. CC. LXXVI. anno Regni nostri primo.

30. Des Rig. EB. Johann, des Oeselschen Bischofs H(ermann, nicht Heinrich, wie die alte Uebersetzung hat) und des livl. OM. E(rnst) Handelsprivilegium für die nach der Ostsee und Livland handelnden Kaufleute, d. d. in crastino Paschae (29. März) 1277.

Alte deutsche Uebersetzung in einem Copiario des 14. Jahrhunderts im Kurl. Prov.-Museum. Obwohl diese Urkunde in lateinischer Sprache schon vielfältig abgedruckt worden, als in *Dreyer's specim. jur. publ. Lubec. p. CLX. nro. 8., G. Sartorius Gesch. des Hanseat. Bundes (Göttingen 1802. 8.) I. 434.* (nach *Dreyer*) und in desselben *Gesch. des Ursprungs der deutschen Hanse,*

*) *Solutio injusta* ist eben das, was sonst *census indebitus*, Ungeld, genannt wird.

herausgeg. von Lappenbery II. 110.; in dem *Lübecker Urk.-Buche I. 550. nro. CCCLXXIX* (nach einem in Lübeck befindlichen Vidimus) und zufolge *II. v. Jannau's* Angabe (in seiner *Geschichte von Livland I. 152.*) nach einem vom Rig. EB. Michael ausgestellten Transsumte in *Luzac's Betrachtungen über den Ursprung des Handels und der Macht der Holländer I. 439.*: so haben wir es doch nicht überflüssig erachten können, sie in dieser uralten Uebersetzung wiederzugeben, wie solche in *Brotze's Syll. II. 156b.* steht, und den lat. Text daneben zu setzen nach der Abschrift einer vidimirten Copie davon, die sich bei *Brotze l. c. fol. 120* findet. Vergl. *Index nro. 218 u. 391.*, wo aber statt: „transsumirt" stehen muss: „bestätigt und erweitert." Diese letzte Numer ist nämlich eine Bestätigung und Vermehrung des Privilegiums von 1277 durch EB. Fromhold, d. d. Riga, 6. Sept. 1350. Wir lassen sie ebenfalls an ihrem Orte nachfolgen.

Johannes miseratione diuina sanctae Rigensis Ecclesiae Archiepiscopus. H. Osiliensis Episcopus, Frater et [*leg.* E.] Magister fratrum hospitalis sanctae Mariae teuthonicorum in Livonia Vniuersis sanctae matris Ecclesiae filiis praesentes literas inspecturis gratiam et benedictionem a Domino Jhesu Christo Quoniam diuina prouidente clementia in ministerium terrae Liuoniensis constituti

Wi Johan von der barmherzicheit godes eyn erdissche bisscop der heligen kirken to Righe. Henrich eyn bisscop to Osole, broder ER. Meyster der brodere des dudesschen huses to liflande schriuen an allen kinderen der heligen moder der cristenheit die desen brief sien of horen lesen. Genade vnde segenvnge von vnsen heren ihesu christo q Sint wi von der an sichtunge der gotliche

sumus ad propagandam ibidem in gentibus fidem christi omnes fautores nouellae plantationis ejusdem et praecipue mercatores de quibuscunque locis qui mare orientale Liuoniamque frequentant et nobiscum foedera pacis seruant. omni quo possumus libertatis beneficio dignum duximus honorandos. Notum igitur esse uolumus tam praesentibus quam futuris quod nos Archiepiscopus de consilio et consensu praepositi et capituli nostri Vasallorumque nostrorum, ac Nos Osiliensis Episcopus de consilio et consensu praepositi et capituli nostri ac etiam Vasallorum nostrorum Nos quoque Magister de consilio et consensu fratrum nostrorum et nostri capituli ob fauorem praecipuum mercatorum deuotis precibus ipsorum inclinati hos eis libertatis articulos concedimus et praesentis scripti patrocinio communimus uidelicet totam Liuoniam cum terris adjacentibus conuersis et adhuc cooperante Dei gratia et dictorum mercatorum adiutorio conuertendis quantum ad nos pertinet liberam a thelonio et censu indebito qui Vngeldtt uulgariter appellatur Si quis etiam naufragium fecerit in Duna uel in mari contra terras nostras, uel in aquis prouincialibus quae ad nos pertinere noscuntur omnia bona sua quae per se uel per aliorum adiutorium tunc de naufragio subducere poterit et saluare retineat et possideat libere sicut prius nulla ex parte nostra uiolentia quomodolibet accedente siue de bonis ipsis in aqua uel in terra sine licentia naufragantis quibbiam oecupante saluâ mercede illorum quos forte in sui adiutorium aduocauit. Liberos quoque uolumus esse portus et littora expedita per terminos nostros pro collocan-

barmherzicheit gesat sin in eyn dinest des landes to liflande. den cristen gelouen dar selues to voruechtene in den heyden. hir vmme so syn wi rechte to rade worden to erende allen den gunneren des nyen gelouen dar selues. mit aller der vriheit die wi mogen. vnn sonderliche die kope lude. von allen steden. die die oysteren see vnn die gelauede des vrides mit vns halten. ꝙ dar vmme so solen weten die ghene die nv sin vnn hir na komen. dat wi der erdissche bisscop von deme rade vnses prowest vnn vnses capitels vnn vnser leynlude. vnn wi bisscop von Osole mit rade vnn mit volbort vnses prowestes vnn vnses capiteles vnn vnser leen lude. vnn wi Meyster von dem rade vnn vulbort vnser broder vnn vnses capiteles. verlenen yn . disse stucke der vriheit vnn vesten yn dat. mit der scrift disses briues ꝙ To dem yersten. vri to wesen von Tolle vnn von vngelt. ouer dat gantze laut to liflande. mit den landen die dar to sin gelegen. di al rede bekart sin. vnn noch to bekerende sin. von der wirkvnge der genaden godes. vnn hulp der vorgesproken koplude. Also verre als vns to gehoret ꝙ wer och. scipbruckich worde in der dunen oder in der see gegen vnsen landen oder in den wateren der lande die vns to horen. al sin gut. dat hi bergen mach oder mit hulpe ander lude. dat sal hi halden vri vnn besitten als da bevoren. aen generleye weylde in von vnser wegen to done. noch von dem gude in dem water oder op dem lande. noch nyeman to bekvmmeren ane orlof des skipbrokige mannes. beheltnisse dat lone der lude. die si welkes in ir hulpe geeysschet hebben. ꝙ die hauen wil wi ock vri heb-

dis mercibus in ipsis, et pascua commuuia equis mercatorum uenalibus pabulandis ita tamen ut nulli noceant in segetibus uel in pratis Ligna etiam ad ignem necessaria et pro reficiendis nauibus opportuna sint eis libera. De nouo autem facere nauem sine speciali licentia non licebit Caeterum si in littore maris aut ripis fluminum inter se ipsos aliquid quaestionis emerserit ibidem de se ipsis iudices eligant et iudicent secundum ius illud quod nunc a mercatoribus in Gotlandia obseruatur. Si uero in nostros homines per ipsos ibidem aliquis committatur excessus Altermannus eorum secundum iusticiam et consuetudinem terrae nostrae satisfieri faciet, ut oportet. Quod si per nostros homines eis aliqua iniuria irrogetur iudicum nostrorum iudicium expetent, qui eis secundum ius patriae iudicabunt. Porro si quisquam mercatorum in quocunque loco infra terminos nostros latrocinio aggressus uitam finierit proximus haeres illius omnia bona sua recipiet nec quicquam iuris nobis siue per nos siue per iudices nostros ratione iudicii uendicabimus in eisdem. Si quis etiam per furtum perdiderit bona sua si furem comprehenderit sua recipiet nec iudex ratione iudicii sibi aliquid praeter furem tantummodo uendicabit. Si uero quispiam ipsorum quomodolibet aliter occidatur et occisor mox captus fuerit et detentus iusticiam fieri non negamus. Si autem inde profugerit et alibi postmodum trahatur in causam Decem marcas argenti dare tenebitur in emendam et iudex nihil percipit ab eisdem Sane si fur aut alius quisquam uiolentus inuasor bona cuiusdam in siluis aut in cauernis occultans abscesserit et is cuius sunt

ben vnn die strande. ir kopenscap dar in to legende. in vnsen termpten. vnde den perden der koyplude die vele sin. sal die gemeyne weyde vri sin. also doch dat si nyeman scaden an korne vnn an hoyslage q holting to vure vnn to scippe wider to makene solen yn vri wesen. Mer scippe von nyes to makene en solen si nicht don ane sonderlich orlof q vort meir weret. dat eyn clage vnder yn op stönde op den strande. oder der watere des strandes. so solen si richtere von sich seluen kiesen. vnde solent dat richten. nach deme rechte. so man it heldet von den koypluden to Gotlande = weret dat si in vnsen luden breken. so solde ir alderman vol laten don so sich dat to gebort. nach deme rechten vnde gewonheit vnses landes q weret dat von unsen luden in wat vnrechtes worde gedan. so solen si dat richt vnser richtere suken. die solen si nach deme rechte des landes richten q weret dat ienich koypman in weliker stede binnen vnsen termpten. gemordet worde. vnde storue. die neheste erue des mannes sal al sin guit op boren. vnde wi. vnn noch vnse richtere von des richtes wegen. en solen vns von den gude nicht vnderwinden q weret. dat ir eyn den andern doyt sluge vnn to hant gevangen worde vnn behalden. so en sole wi rechtis nicht wegeren. weret dat hi von den vntqueme. vnde anderwege dar na in die sake getagen worde. so sal hi beteren. tehen mark siluers, vnn die richter en sal dar nicht von op boren q weme ock sin gut verstalen worde. ist dat hi den dief gevengit oder krighet, die sal sin guit wider nemen. vnn de richter en sal nicht mere von des gerichtes wegen wan den dief vorderen q vortmeir

ea forte quoquo modo potuerit inuenire illa libere et secure sine omni captione*) sibi licebit recipere nec aliquid reputabitur excessisse. Vt igitur haec nostrae concessionis pagina perpetuis temporibus maneat inconuulsa sigilla nostra duximus inferius apponenda. Datum anno Domini M° C° C° LXX° VII in crastino Paschae.

Quod praesens Copia D. Johannis Archiepiscopi Rigensis Priuilegii, a me infra scripto Notario diligenter auscultata ac collationata, cum suo uero Originali in membrana munda descripta atque tribus sigillis signata et corroborata, de uerbo ad uerbum concordat. Testor ego M. Marcus Burmeisterus, inferioris Saxoniae Episcopatus Hamburgensis natus, Imperiali authoritate publicus apudque

weret dat eyn dief oder eyn ander an verdiger. enes mannes guit neme. vnde dat in den bussch oder in culen hudden. vnn en wech gienge. vnde dem dat guit to gehorde licht wie he mochte wider vunde. dat guit mach hi wider nemen vri vnn seker, ane ienerleye vanghunge. vnde heuet dar nicht an gebroken ꝙ Op dat disse vorlenvnge disses briues eweliken vntobraken bliue. so hebbe wi vns ingesigele an dissen brief gehangen ꝙ Gegeuen vnder den iaren vnses heren. dusent Twe hvndert seuen vnde seuentich in den paysschen heligen tagen.

*) *captio* ist sonst s. v. a. *carcer, detentio;* hier aber scheint darunter wohl nur *cautio*, eine ausgestellte Sicherheit, *securitas data pro re facienda*, verstanden werden zu können.

chameram Imperialem Spirenensem approbatus, nec non Ducatus Megapolensis Judicii Immatriculatus Notarius, hac manu propria, ad hoc ab amplissimo, honoratissimoque Ciuitatis Rigensis Senatu uocatus specialiter et legitime requisitus.

51. Der Rigische EB. Johann (v. Lünen) ertheilt seinem Schwager Johann von Lune die Belehnung mit gewissen benannten Ländereien, vom Jahre 1277.

Vergl. *Index nro. 222., Brotze's Sylt. I, 24.* Das Original befindet sich im Rig. Stadtarchive.

Johannes miseratione diuina sancte rigensis ecclesie Archiepiscopus. vniuersis presentem paginam inspecturis salutem et benedictionem a domino. Necessarium est in scripturam auctenticam redigi quod in memoria hominum debet perpetuo conseruari. Scire igitur uolumus universos presencium inspectores quod nos de consensu capituli nostri. Johanni de lune sororio nostro et heredibus suis contulimus cum omni iure. has uillas s. vidersele *). Causele. morikas **) cum pertinenciis earundem iure feodali perpetuo possidendas. hujus rei testes sunt. dominus hinricus de wrangele. dominus Johannes de Thisenhusen. otto. et helmoldus, fratres, dicti de luneborch. alexander. rodolfus de vngaria. Johannes de adrikas. hinricus de pitkeuere. uasalli nostri et plures alii fide digni. Ne quis igitur ambigat super eo. presentem paginam, tam nostri, quam capituli, sigillorum munimine ro-

*) vielleicht Widdrisch im Loddigerschen Kirchspiele.

**) ohne Zweifel Murrikas in demselben Kirchspiele.

boratam sibi duximus concedendam. Actum anno domini M° CC° LXX° VII°.

32. Königs Erich VII. von Dänemark Handelsprivilegium für die Rigischen, d. d. Nykiöping, am Tage Matthaei (21. Sept.) 1277.

Orig. im Rig. Stadtarchive; Facsimile in *Brotze's Syll. II. 16b.* Vergl. *Index nro. 220.*

Ericus dei gratia Danorum Sclauorumque rex Omnibus presens scriptum cernentibus in domino Salutem. Notum facimus // vniuersis, quod nos Ciuibus Rigensibus gratiam volentes facere specialem eos vbique infra terminos regni // nostri nisi in nundinis scaniensibus a solutione thelonii nostri liberos dimittimus et exemptos. Volentes quod // si iuxta regnum nostrum alicubi naufragium, quod deus auertat, passi fuerint, res suas et bona saluent. nec // super eisdem saluandis aliquis eos impediat. nisi eas prius dimiserint pro relictis. Igitur prohibemus, ne quis // eos vel aliquem ex eis super hac gratia eis a nobis indulta audeat contra tenorem presentium molestare sicut // regiam effugere voluerit vlcionem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. // Datum nykopingh anno domini M° CC° LXX° septimo in die beati mathei apostoli et ewangeliste.

33. Des Fürsten Wizlaw von Rügen Handelsprivilegium für die Rigischen Bürger, d. d. Riga, XIII. Kal. Maii (19. April) 1282.

Orig. im Rig. Stadtarchive und darnach Abschrift bei *Brotze, Syll. II. 302.* Vergl. *Index nro. 227.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wiczslaus dei gratia Ruyanorum princeps, omnibus presentem visuris paginam in perpetuum. Labilis ho-

sanctum propositum ualeat retardare, vel quod absit penitus impedire. De consensu capituli nostri, quod semper paratum ac benevolum inuenimus ad ea quae Beatae Virginis honorem respiciunt et decorem, quasdam possessiones praefato monialium Collegio duximus assignandas quas presentibus litteris decreuimus annotare. videlicet curiam siue allodium quod Blomendal dicitur cum omnibus pertinentiis suis, sicut accepimus a fratribus domus Theutonicae perpetuo possidendum. Item insulam sitam contra ciuitatem Rigensem, quae vulgariter Duneholme appellatur. Praeterea villam quae Pepholt dicitur cum omni sua iurisdictione atque districtu. Praetcrea milliare unum in terra Zeloniae positum inter terminos nostros et fratrum domus Theutonicae praecipue illorum de Aschrat, ita quod duae partes a nobis, tertia pars descendat a fratribus antedictis, quibus omnibus adjecimus centum uncos in Semigallia. Quinquaginta in Gerceke et item quinquaginta in terra quae Oppemille appellatur, cum omni jure suo et districtu sicut superius est expressum. Et ut haec omnia perpetuam habeant firmitatem et sciantur de consensu capituli nostri processisse specialiter, praesentes litteras de sigillo nostro et de ejusdem capituli nostri sigillo ad perpetuum robur stabilitatis procurauimus sigillari ex superabundanti etiam cautella venerabilis confratris nostri et Pomesaniensis Episcopi, qui fideiis mediator extitit in praemissis, cum sigillo fratrum domus Theutonici, fratrum praedicatorum et fratrum minorum, nec non cum sigillo ciuitatis Rigensis fecimus consignari. Datum in ciuitate Rigensi. Anno 1257 Kal. Maij.

Abgedruckt nach einer glaubwürdigen Copie, die vom Original genommen war, das bis 1820 im Jesuiter-Collegium zu Polozk aufbewahrt wurde. Es hingen an demselben sieben Siegel, deren in der Urkunde gedacht wird. Die alte Archival-Aufschrift lautet: Litterae fundationis monasterii S. Mariae per Albertum archiepisc. Rigens. cum 7 sigillis.

2. Erzbischof Albert verleiht den Rigischen Klosterfrauen Cistercienser-Ordens den Hof zu St. Jacob, darin sie wohnen, nebst der Insel Thamagar, dem Gute Blumenthal und dem dritten Theil der Insel Stenholm; auch ausserdem mit Zustimmung des Domcapitels die Mitbenutzung der Kirche zu St. Jacob, bis sie sich etwa eine eigene Kirche erbaut haben würden. Vom Jahre 1259.

Albertus diuina miseratione sancte Rigensis ecclesie Archiepiscopus omnibus presentes literas inspecturis salutem et benedictionem a domino iesu christo. Vt plantatio sancta domini Sabaoth in ciuitate Rigensi ad honorem christi et sanctae matris ejus fundata in ordine cisterciensi per multiplicationem personarum deo famulantium accipere ualeat incrementum. Nos pietatis intuitu de assensu capituli nostri Abatisse et conuentui sanctimonialium predicti ordinis apud sanctum Jacobum libere et pleno jure donauimus bona annotata inferius in perpetuum possidenda. Curiam apud sanctum Jacobum in qua manent cum edificiis et pertinentiis suis. Item iusulam quae dicitur thamagar sitam in australi parte dune et allodium nostrum quod dicitur blomendal cum suis pertinentiis situm iu aquilonali parte dune. Terre uero quam habemus in insula

quae dicitur stenholme cujus mediam partem uel tertiam de consensu capituli possumus predictis conferre monialibus ad presens damus tertiam partem de reliquo quod possumus euentum futuri temporis exspectantes. Preterea capitulum et canonici majoris ecclesie precibus nostris annuentes ecclesiam beati Jacobi eisdem sanctimonialibus libere et affectuose tali sub conditione contulerunt. ut ecclesia cathedralis mediam oblationis portiouem in iam dicta ecclesia iibere reciperet sicut actenus facere consuevit. bannis etiam preposito majoris ecclesiae et sinodalibus in eadem ecclesia sepedicta ex integro iuribus reseruatis. Insuper si prelibatum sanctimoniales locum mutare vel ecclesiam seu capellam ad majus commodum ipsarum erigere contingeret ecclesia beati iacobi sepius memorata libere ac sine questione alicujus ad cathedralem ecclesiam integre rediret. Insulam uero quae longa dicitur cum insula uicina quam ducentis marcis argenti de nostra pecunia conparauimus nostris et successorum nostrorum usibus reseruamus. Vt autem hec nostra donatio et ordinatio firma semper ac stabilis perseueret presens est pagina sigillorum munimine roborata. Datum anno ab incarnatione domini m^{o} cc^{o} quinquagesimo nono.

Abgedruckt nach einer glaubwürdigen Abschrift vom Original auf Pergament, das bis 1820 im Jesuiter-Collegio zu Polozk aufbewahrt wurde. Es hingen daran an Schnüren von grüner und gelber Seide zwei Siegel, das des Erzbischofs in weissem Wachs und das des Rigischen Capitels in grünem Wachs. Ein Facsimile des Originals befindet sich in den Sammlungen des wirklichen Staatsraths P. O. von Götze. Die alte Archival-Aufschrift

lautet: Litterae Alberti Archiepisc. Rigen. quibus monasterio S. Mariae donat cum terra Blumendal insulaque Thamagar et tertiam partem Stenholmi anno 1259.

5. Aebtissin und Convent des Jungfrauen- (Marien Magdalenen-) Klosters zu Riga, gestatten mit Wissen und Willen ihres Curators Solikowski der Stadt Riga einen Weg über den dem Kloster gehörenden, der Stadt gegenüber liegenden Holm, wofür die Stadt Riga dem Kloster jährlich 3 Pfund Pfeffer verspricht. D. D. Riga, den 6. Aug. 1582.

Copie nach dem pergamentnen Original, in *Brotze's Syll. II. 118.* Vergl. *Index nro. 3638.*

Kundt vndt zu wissen sey Jedermenniglichen, das wir Abbatissa vndt Conuent des Junckfrauwen klosters in Riga mit wissen vndt willen des Ehrwirdigen, Edlen vndt wolgebornen Hernn Johannis Demetry Solikowski von Sheiki Scholastici Vladislauiensis et Lanciensis der Kön. Mayt. zu Polen Secretarij etc. Vnssers klosters herrn Curatorn, mit den Ehrnuesten vndt wolweysen herrn Burgermeisternn vndt Rhatt der Stadt Riga einen bestendigen Contract gewilligt, vndt geschlossen, Dass wier nehmlichen gedachten herrn Burgermeisternn vndt Rhatt der Stadt Riga einen bestendigen Contract gewilligt, vnd geschlossen, Dass wier nehmlichen gedachten herrn Burgermeisternn vndt Rhatt vorgunt vnd nachgegeben vorgunnen vndt geben in Crafft diesses einen wegk uber vnsern holm Jegen der Stadt vber gelegen, in die quier von einem End zum Anderen der breite, Das sich zwey pferde vndt wagen einander weichen können, vnd das zugleich ahm selbigen orthe des vfers gedachte

Burgermeister vndt Rhatt ihre boete vnd schnecken halten, leute vnd anders alda aussetzenn, vnd wieder einnehmen vnd vnbehindert alda ihrer fhere vnd gedachten weges sich gebrauchen muegen, Welches ius vndt wegk an deme oder andern ort des Holmess wir zu obgesatztenn behueff niemanden gönnen vnd geben sollen, vnd wollen, Da Jegenn haben sich gedachte Burgermeistere vndt Rhatt versprochenn, zu einer Jehrlichenn erkhentnuss vnserm Kloster auf Sancti Michaeli Anno etc. 83. vnd also hinfurder Jehrlich zugeben drey pfundt pfeffer, Demselben auch der den holm gemietet, oder in khuulfftigen Zeiten mieten vnd besitzen wirt, zuuerstatten, das ehr sein eigen, so wol auch des klosters volck, vnd die priester S. Jacobs, zusampt ihren Dienern vnd notturfft mit seinen eigenen böten vbersetzen magk, So soll Auch diesselbig vnserm kloster, oder desselbigenn am Holm habenden gerechtigkeit im wenigsten nichts preiudicirn oder zuschaden gereichen, Weichs alles wie obstehet wir ihnen vnd sie vns zu ewigen Zeiten fest vnd vnuerbruchlich zuhalten versprochen vnd zugesagt. Dess zu Vhrkund haben wir zusampt dem wolgedachten vnseru herrn Curatoren diess mit vnserm Insiegell befestiget. Gescheen in Riga den 6. Augusti Anno etc. LXXXII. In der Zeit da der Durchleuchtiger, hochgeborne, hochwirdigste Furst Georg Radtziuill Wilnischer Bischoff, als ein königlicher Gubernator vber Liefflandt Alhier zu Riga selbst Jegenwertig gewesen, vndt dieses handeis wissenschafft getragenn.

Anhang.

In einem seltenen, ältern Buche findet sich noch eine Angabe über das Stiftungsjahr des Marien-Magdalenen-Klosters, die wir, obschon an sich ganz unverlässlich, doch hier im Anhange nicht unerwähnt lassen wollen. Das gedachte Buch ist: *Aquila Polono-Benedictina in qua Beatorum et illustrium virorum elogia, coenobiorum ac rerum memorabilium Synopsis, exordia quoque et progressus ordinis D. P. Benedicti per Poloniam et ejus sceptris subjectas Provincias breviter describuntur. Auct. R. P. Stanislao Sczygielski, praeposito Tuchouiensi Ordinis S. Benedicti. Cracoviae 1665. 4°.* Der Inhalt desselben giebt, wie auch der Titel besagt, eine kurze Beschreibung der Benedictiner-Klöster im Königreich Polen, und da Livland eine Zeit lang einen Bestandtheil desselben ausmachte und 1663 die Hoffnungen einer Recuperation nicht aufgegeben sein mochten, so nimmt *P. Sczygielski* auch das Marien-Magdalenen-Kloster in Riga, obschon es nicht mehr vorhanden war, mit in seine Beschreibung auf, was wohl auch besonders deshalb geschehen ist, um der letzten Aebtissin, der eifrigen und glaubensstarken Anna Töpel, zu gedenken. Ehe er auf die Stiftung des Klosters kommt, erzählt er zuvor in wenigen Zeilen die Bekehrung Livlands durch seine ersten Bischöfe Meinhard und Berthold und fährt dann fort: „Per eosdem monasterium quoque sanctimonialium in eadem urbe (Riga) erectum fuit anno 1185 in quo moniales Benedictinae usque ad annum 1591 continuo, etiam grassante haeresi, permanserunt“ (*pag. 128*). Von wo diese Notiz genommen

ist, wird nicht gesagt, denn die am Schluss angeführte: *Historia monasterii virginum St. Benedicti Rigae conservati. Ingolst. 1615.*, enthält solche Angabe nicht und die Berufung auf dies Buch soll wohl auch überhaupt nur für die Erzählung der spätern Schicksale des Klosters eine Gewährleistung geben. Dass ein Kloster mit Benedictiner-Nonnen nicht schon 1185 in Riga vorhanden sein konnte, bedarf wohl keiner nähern Beweisführung. Wären die oben abgedruckten Urkunden auf solche Angabe begründet und führten sie die Stiftung des Klosters bis 1185 hinauf, so fände man darin hinlängliche Veranlassung, sie für untergeschoben anzusehn. Wir lassen, nach solcher Bemerkung, die Angabe des *P. Szczygielski* auf sich beruhen und fügen noch hier, etwas abgekürzt, das hinzu, was er über die Nonne Anna Töpel, deren Namen er aber Anna Toschei schreibt, in seinen *elogiis pag. 30 und 31* sagt: „28 Januarii (V Calend. Februarii) Rigae in Livonia commemoratio venerabilis feminae Annae Toschel, ejusdem loci, ordinis Benedictini Abbatissae lectissimae, quae admiranda sane constantia, fide et patientia, caelo terrisque se probans, inter juratissimos Romanae fidei hostes, Deo promissam virginitatem constantissime servans inviolatam — — insuperabilis inter tot Cerberos infernales animi magnanimitate, quae cum triumpharet de omnibus insultantibus, a nemine triumphata, plena dierum, a Divino procul dubio spiritu et sancto zelo vegetata, anno demum aetatis suae centesimo ac trigesimo — — — ad requiem et praemia vocata, juventute aquilae renovari meruit, adscripta felicissime aeternitati Anno Chr. 1582.“ Es scheint eigentlich, was die besondere Hingebung betrifft, Anna Nötken gemeint zu sein, welche *Tolgsdorf* als die letzte Nonne des Klosters nennt und die 1591 starb (s. *oben*), doch kann die Gepriesene auch Anna Töpel sein, welche bei der Säcularisirung die älteste Nonne war und darauf die Stelle einer Aebtissin vertrat.

3.

Urkunden über die Wahl des Ulrich Behr zum Coadjutor des letzten Bischofs von Kurland,

von **Theodor Kallmeyer.**

(Der Gesellschaft vorgelegt in ihrer 138. Versammlung am 9. März 1849.)

Es ist unsern Geschichtschreibern ganz unbekannt geblieben, dass der letzte Bischof von Kurland, Johann von Münnichhausen, einige Jahre ehe er sein Bisthum an Herzog Magnus von Holstein abtrat, den Versuch machte, das Fortbestehen der bischöflichen Würde daselbst durch die Wahl eines Coadjutors zu sichern. Die Urkunden darüber, welche ich so glücklich war in einem Familienarchive aufzufinden, sind um so anziehender, als sie zugleich einiges Licht auf den damaligen kirchlichen Zustand Kurlands, von dem wir sonst wenig erfahren, verbreiten. Es sind gleichzeitige Abschriften folgender Urkunden: *1) Instrumentum seu Decretum Postulationis (die Wahlurkunde); 2) Procuratorium Reuerendissimi (die Vollmacht des Bischofs zur Erlangung der päpstlichen Bestätigung); 3) Instrumentum super acceptatione Coadjutoriae (Urkunde über die Annahme der Wahl von Seiten Ulrich Behr's); 4) Procuratorium Coadjutoris postulati (eine mit Nro. 2 übereinstimmende Vollmacht Behr's); 5) Articuli qui aut in urbe, aut extra urbem in partibus debent probari et uerificari.*

Als Grund zu der unternommenen Coadjutor-

wahl, welche im Jahre 1556 erfolgte, wird die Altersschwäche und Krankheit des Bischofs, die ihn seit einigen Jahren fast jeden Monat einige Tage an sein Lager fesselte, besonders aber die grosse Gefahr angegeben, in welche die katholische Kirche durch die lutherische Lehre gerathen sei. Seit dem Jahre 1526 hätten sich die Schlösser, Städtchen und Dorfschaften Kurlands von der katholischen, rechtgläubigen Kirche abgewendet und seien der lutherischen und andern ketzerischen Lehren zugefallen, so dass dem Bischof dadurch jede geistliche und weltliche Gerichtsbarkeit in seiner Diöcese benommen wäre. — Sein Bischofssitz Hasenpoth sei von Städten, Bürgerschaften, festen Schlössern und mächtigen Landsassen umgeben, welche alle darnach strebten, die katholische Kirche zu vernichten, Bischöfe und Geistlichkeit zu vertreiben, das Volk mit Gewalt und Drohungen zu ihrer ketzerischen Secte überzuführen und die Besitzungen der Kirche sich anzueignen. — Damit nun der drohenden Gefahr vorgebeugt werde, dass das Land sich bei eintretender Erledigung des Bischofssitzes einer benachbarten, lutherischen Macht unterwerfe, sei es dringend nothwendig, noch bei Lebzeiten des Bischofs einen Coadjutor, mit dem Rechte der Nachfolge zu erwählen.

Obgleich in dieser, den Urkunden entnommenen Darstellung ein grosser Eifer für die Erhaltung der katholischen Kirche in Kurland an den Tag gelegt wird, so ist er doch wohl nur ein äusserer Schein, der in jenen für den Papst bestimmten Urkunden angenommen war, um ihn leichter zu bewegen, die Wahl zu bestätigen. Bischof Johann, der gar nicht

so sehr durch Altersschwäche gebeugt war, als die obige Schilderung glauben machen will, hatte sich, wie seine spätere Handlungsweise zeigt, schon ganz dem Lutherthume zugewendet, und sein Domcapitel, von dem die Coadjutorwahl ausging, war der neuen Lehre nicht weniger geneigt (*Tetsch I. S. 106.*). Der zum Coadjutor erwählte Domherr Ulrich Behr selbst, der seit 1557 die Würde eines Dompropstes bekleidete, zeigt sich, ungeachtet der von ihm gerühmten katholischen Rechtgläubigkeit, sehr bald mit der bekannten Familie, der er angehörte, als Lutheraner. Seine Ernennung zum bischöflichen Coadjutor hatte also unstreitig weit mehr den Zweck, das Fortbestehen der Bischofswürde in Kurland und ihrer weltlichen Herrschaft über das Bisthum zu sichern, als dem Untergang der katholischen Kirche entgegen zu arbeiten oder ihr eine neue kräftige Stütze zu geben.

Die Wahl des Ulrich Behr scheint übrigens doch bis zu einem gewissen Grade nur Plan geblieben zu sein; — wenigstens ist es auffallend, dass die Urkunden darüber zwar das Jahr angeben, aber Monatsbestimmung und Tage, so wie die Namen einiger Wahlherren und der in Rom bevollmächtigten Procuratoren, zur spätern Ausfüllung offen lassen. Man hatte sich also wohl nur vorläufig über die Ernennung Behr's geeinigt und die nöthigen Urkunden entworfen, ohne dass die Sache zur völligen Ausführung kam. Der Bischof selbst mag wohl die Unhaltbarkeit der Stellung eines katholischen Kirchenfürsten als Herrn eines protestantischen Landes erkannt, und seine Absichten geändert haben. Ob-

gleich aber die Bestätigung und wirkliche Erhebung des Ulrich Behr zum Coadjutor nicht erfolgte, so wird ihm doch in den spätern Verhandlungen ein gegründetes Anrecht auf die Bischofswürde zugestanden, welche nur in einer bereits ausgesprochenen Wahl ihren Grund haben kann. Als nämlich Bischof Johann 1559 sein Bisthum an Herzog Magnus von Holstein für 30,000 Thlr. abtrat, selbst nach Deutschland ging, Religion und Stand änderte und sich verheirathete, — da „temporisirte Ulrich Behr", wie es in einer alten handschriftlichen Notiz heisst, „und wollte weder dem Bischof noch Dänemark contrair sein", bis er 1561 dafür, dass er seine Ansprüche auf die Verwaltung des Bisthums auf Herzog Magnus übertrug, von diesem mit Bewilligung des Domcapitels, den erblichen Besitz der Güter Edwahlen und Schleck (mit Ugahlen) erhielt*).

Ulrich Behr war ein Bruder des im Kronenburger Vertrage erwähnten Statthalters von Pilten, Johann Behr, auf welchen der Besitz jener Güter überging und welcher der Stammvater der in Kurland weit verzweigten, noch jetzt blühenden Familie der Herren von Behr ist.

1. Instrumentum seu decretum Postulationis.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Noueriut uniuersi et singuli praesens publicum Instrumentum visuri et inspecturi, lecturi pariter et audituri, Quod Anno a Natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo .... Indictione ..... die vero ..... Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini

*) Vergl. *(U. Behr) Controversiae nobilitatis Piltensis (1745. 4.) S. 132.*

nostri, Domini Pauli ejus nominis Quarti, Anno primo, in arce Hasenpoten. et loco Capitulari Ecclesiae Curoniensis, mane hora diei nona vel quasi ante prandium, Solenni Missa de Spiritu sancto primitus in dicta ecclesia celebrata, coram me notario publico et testibus infrascriptis, ad hoc vocatis, praesentes et personaliter constituti, Reuerendi ac venerabiles viri et domini Augustinus ab Gethelen, Praepositus et Sacrae Theologiae Licenciatus. N. Decanus. Christianus Wulff Senior, N et N. et omnes Canonici Capitulares, dictae Ecclesiae Curoniensis Capitulum ex et inter se facientes et representantes ibidem Capitulariter congregati, praefatus Reuerendus Dns. N. Decanus suo ac totius Capituli praedicti nominibus loqui coepit haec: Reverendi ac Venerabiles viri Domini et Confratres honorandissimi: Notum est vobis omnibus qualiter nostra Ecclesia Curoniens. in ultimis fere christianorum finibus situata, Illiusque ditio et Episcopatus, atque nos omnes, tum quoque reliquae Ecclesiasticae personae a Triginta annis proximis, vel circa perniciosa, ac paestilentissima Secta ac Haeresi Lutherana vexati, impetiti, agitati, turbati, et damnificati fuimus: Ita quod omnis Obedientia et Disciplina Ecclesiastica, Christiana quoque Religio, et Orthodoxa Sinceritas fere in his regionibus: proh dolor: periuerint. Quibus angustiis, malis, curis, et frequentissimis perturbationibus, indies accrescentibus, Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Dns Joannes Episcopus noster Curoniens: et propterea, perturbetur, et quam graviora patiatur damna, et sustineat iacturam, propter subtractam sibi, Imo penitus amissam Jurisdictionem Ecclesiasticam, Subditorumque suorum Inobedientiam, et rebellionem. Et ulterius quod ab aliquibus Annis Reverendissima sua Dominatio valde fuerit athrita et debilitata, deficientibus quotidie in eo viribus Corporis, ut ad oculum videamus, Eam modo laborare fere continua infirmitate, eo quod singulis quasi mensibus quinque aut sex diebus lecto decumbere cogitur, morbo suo magis semper Incrudescente, ac saepe saepissimeque recurrente, Adeo ut iam ab anno retro, et supra, vo-

bis simul, ex parte, sponte debilitatem, impotentiam suam viva voce exposuit atque significavit, Sibique impossibile esse pro praesentium rerum et temporum statu, Nobis et Ecclesiae, Subditisque, et Episcopatui praedicto, ulterius in singulis et tam variis occurentiis commode praeesse atque regere. Ne autem ex eiusmodi Infirmitate, Impotentia, ac debilitate sua, hujusmodi Episcopatus, ipse, et Ecclesia, et nos, ac reliqui sui Subditi, ultra ruinam, ex praedicta Secta Lutherana subsecutam, et passam, ulteriora damna atque dispendia subire aut pati haberemus, Aut eo defuncto quispiam se de facto (.quod maxime presenti tempore verendum.) in dictam Ecclesiam illiusque dominio intrudat, Eam omnino prophanando et destruendo, Quare apud se ipsam haec omnia expeudisset ac deliberasset, non solum expedire, verumetiam omnino necessarium videri, pro dictae Ecclesiae suae Curonien: illiusque Status et Dominij temporalis, ac in ea, et in Oppidulo Hasenpoten: (in quo ipsa Ecclesia Curonien: situata est.) religionis conservatione, ut sibi Coadiutor perpetuus et irrevocabilis, in regimine et administratione dictae Ecclesiae suae Curonien: cum futura Successione, auctoritate apostolica, deputaretur. qui de cetero eum a grauissimis curis et laboribus, amodo (?) sibi ex causis iam praedictis non perferendis, nec ferri possibilibus, relevaret, et liberaret, Alioqui cogeretur eadem reverendissima Dominatio sua cedere et renunciare, dictae Ecclesiae Curonien: Quapropter Reverendi ac Venerabiles Domini et Confratres vos omnes, qui hic pro eligendo Coadjutore praedicto, Capitulariter congregati estis, in Domino exhortor et rogo, ut in virtute Spiritus sancti hujusmodi negotium, ut praefertur, Ecclesiae utile, et summopere necessarium pro prudentia vestra et dexteritate examinare, et ad boni viri Catholici atque Orthodoxi, electionem pie et canonice procedere dignemini. Huiusmodi siquidem propositione per praefatum Dominum Decanum facta, Idem Decanus, et praedicti Domini Praepositus et Canonici ad praenarratam Electionem faciendam pro Hodierna die vocati, citati, et congregati, Reliquis Canonicis absentibus simili-

ter citatis et vocatis, pro contumacibus reputatis, post longa praehabita colloquia et diuersos tractatus, ac matura deliberatione praecedente, super forma et modo, quibus esset in eodem electionis negotio procedendum, Tandem omnes praedicti, nemine discrepante dixerunt et expresse allegarunt per formam seu viam Scrutinii procedere velle, Salvo beneplacito Sanctissimi Domini nri papae, et Sanctae Sedis Apostolicae. Et propterea venerabiles et Praestantissimos viros Dominos N. et N. ad hoc ad praedictum locum Capitularem vocatos in Scrutatores elegerunt et assumpserunt, quibus dederunt potestatem et authoritatem, ut secreto, et singulatim vota omnium inquirerent diligenter, eaque in scriptis redigerent, seu redigi facerent, ac demum Electionem hujusmodi Intimarent ac publicarent. Qui quidem Domini Scrutatores onere hujusmodi sponte in se suscepto, et fidelitatis Juramento in manibus mei Notarii Infrascripti praestito, emissis Dominis praeposito, Decano, et aliis Canonicis supradictis, extra dictum Capitulum, eisque singulis successive et seorsum iterum ad se vocatis, et intromissis, et cujuslibet eorum, etiam sub competenti forma Juramenti tunc ab eorum quolibet recepti et praestiti, voto scrutato et diligenter perquisito, eoque, et eis in scriptis adnotatis et collatis, et Subinde singulis votis perspectis et collatis. Tandem eisdem Dominis Praeposito Decano et aliis Canonicis supradictis et Capitulo simul ad dictum locum Capitularem revocatis et intromissis, praefatus Dominus N. Scrutator, praesente dicto Domino N. altero Scrutatore publice dixit et retulit, Venerabilem et Nobilem Virum Dominum Udalricum Beren, predictae Ecclesiae Curonien: Canonicum, in 26 suae aetatis anno constitutum, in praefati Domini Joannis Episcopi Curonien: Coadjutorem, ipsiusque Joannis quum eandem Ecclesiam Curonien: per illius cessum seu decessum vacare contingeret, in ea Successorem et Episcopum Curonien: futurum, votis omnium concorditer fuisse postulatum et nominatum licet ibidem non praesentem sed absentem. Qua quidem relatione sic facta Domini Praepositus, Decanus, Canonici et Capitulum

praedicti, eandem postulationem ac publicationem desuper factam acceptarunt, approbarunt, et ratam habuerunt. Salvo tamen: ut praefertur: beneplacito Sanctissimi Domini nostri Papae et Sedis Apostolicae. Mandantes praefato Domino Decano ut dictam Postulationem supradicto eorum Episcopo, Intimaret, Insinuaret, et notificaret. De et super quibus omnibus et singulis praemissis dicti Domini Praepositus, Decanus, Canonici et Capitulum petierunt a me Notario publico infrascripto, unum vel plura publicum seu publica, etiam sub appensione et munimine eorum Sigilli Capitularis, suarumque manuum subscriptione, fieri atque confici instrumentum et Instrumenta. Acta fuerunt haec in arce Ecclesiae Hasenpoten: et loco Capitulari praenominato, die hora, mense, Anno, et pontificatu quibus supra. Praesentibus ibidem Venerabilibus et Nobilibus N. testibus ad praemissa specialiter vocatis, rogatis, et requisitis.

Subsequenter vero, Anno, Indictione et Pontificatu, quibus supra die vero N. mensis N. in mei Notarii publici, testiumque infrascriptorum praesentia, praesens et personaliter constitutus coram Reverendissimo Domino, Domino Joanne Episcopo Curonien: Venerabilis vir Dominus N. Decanus Ecclesiae Curonien: et proposuit et allegavit, quod hesterna die Venerabile Capitulum Curonien: Capitulariter congregatum via Scrutinii concorditer et nemine discrepante postulasset seu nominasset in Coadjutorem suum, quoad Ecclesiam suam Curoniens: cum futura Successione, authoritate Apostolica ex caussis in praeinserto Postulationis Decreto expressis et contentis, ac ordine ibidem repetitis, deputandum, Venerabilem et Nobilem virum Dominum Vdalricum Beren, praedictae Ecclesiae Canonicum, licet absentem, de nobile genere procreatum, tanquam in spiritualibus et temporalibus utiliorem, Quodque dictum Capitulum Sibi, ut Decano mandasset hujusmodi Postulationem seu Nominationem pie et sancte factam, Dominationi suae Reuerendissimae Intimari, Insinuari et notificari. Quapropter pro publico bono et utilitate ipsius Ecclesiae, supplicavit eidem Dominationi suae Reverendissimae, ut eandem Postulationem,

siue Nominationem acceptare, atque ratam habere dignaretur ac suum desuper praestare consensum ut dictus Dominus Udalricus Berr Postulatus, per Sedem Apostolicam in Coadjutorem perpetuum cum futura Successione sibi deputetur. Extunc dictus Reuerendissimus Dominus Episcopus praefatam Postulationem seu Nominationem pro utilitate ipsius Ecclesiae ac conservatione Bonorum ejusdem, tum Catholicae religionis: ut asseruit: factam (. Si tamen per dictum Dominum Udalricum Beer postulatum acceptata, ac per Sanctissimum Dominum nostrum Papam, ac Sanctam Sedem Apostolicam, approbata, seu de novo comissa fuerit.) acceptavit, et ratam habuit, ac in eam se ex nunc, prout ex tunc, et ex tunc, prout ex nunc, consentire dixit atque allegavit. De et super quibus omnibus praefatus Dominus N. Decanus, a me Notario publico, nnum vel plura publicum seu publica, etiam sub appensione et munimine Sigilli dicti Reverendissimi Episcopi Curonien: fieri atque confici petiit Instrumentum et Instrumenta. Acta fuerunt haec in arce (seu Curia) Episcopali N. sub Anno, die, mense, et Pontificatu, quibus supra Praesentibus Ibidem. etc. testibus, ad praemissa specialiter vocatis, rogatis et requisitis.

2. Procuratorium Reuerendissimi.

In Nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate ejusdem Millesimo Quingentesimo, Quinquagesimo Sexto, Indictione N. die vero N. Mensis N. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia et ejus nominis papae Quarti, Anno primo. In mei Notarii publici, testiumque Infra scriptorum praesentia personaliter constitutus, Reuerendissimus in Christo pater et Dominus, Dominus Ioannes, Dei et apostolicae sedis gratia, Episcopus Curonien: et Ecclesiae Ozilien: Administrator Principalis, principaliter, et pro Seipso (: citra tamen quorumcunque Procuratorum per Reuerendissimam paternitatem suam hactenus constitutorum, reuocationem:) Ibidem exposuit, qualiter nuper Domini, Praepositus, Decanus, Senior, Canonici et Capitulum Ecclesiae suae Curonien: pro conservatione ejusdem Ecclesiae, Illiusque status et Dominii tem-

poralis, ac in ea Catholicae Religionis, tum etiam ob Ipsius Domini constituentis ingruentes: ac saepissimae recurrentes ac incrudescentes morbos et continuam quasi infirmitatem, ac desuper subsecutam Impotentiam ac debilitatem corporis sui, etiam ratione Senii, sibi Coadjutorem perpetuum, cum futura Successione, capitulariter postulauerunt seu nominauerunt, videlicet, Venerabilem et Nobilem virum Dominum Vdalricum Bereu dictae Ecclesiae Curonien: Canonicum, apostolica authoritate confirmandum, seu deputandum aut constituendum. Idcirco Idem Reuerendissimus Dominus Episcopus, non vi, dolo, metu, fraude, aut quauis alia sinistra machinatione circumventus, sed sponte et libere animoque deliberato omnibus melioribus modo, uia, Jure, causa et forma, quibus melius de Jure potuit et debuit, fecit, constituit, creavit et solenniter ordinauit, suos veros, certos, legittimos, et indubitatos, procuratores, actores, factores, negotiorumque Suorum in Romana Curia gestores, Reuerendum, Doctissimos et venerabiles viros Dominos et Magistros Casparum Hoyde Ecclesiae Lubecen: praepositum Juris utriusque Doctorem, Joannem Hominis, et N. [Hieronymum Buschlydium, Siue Petrum Bucerum] absentes tanquam praesentes, et quemlibet eorum in solidum, Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterius subsequentis, Sed quod unus eorum inceperit, alter eorundem prosequi, mediare, continuare, ac ad debitum effectum perducere valeat, et finire, Specialiter et expresse ad ipsius Domini Constituentis nomine, et pro eo, si et quando opus fuerit, in confirmationem, approbationem vel etiam de nouo deputationem constitutionem et vocationem dicti Domini Coadiutoris, per praefatos Dominos Praepositum, Decanum, Seniorem, Canonicos et Capitulum suae Ecclesiae Curonien: postulati seu Nominati, coram praefato Sanctissimo Domino nostro Papa, vel Reverendissimo Domino Vicecancellario, seu Cancellariae Apostolicae regente, aut quocumque alio ad hoc potestatem habente libere et expresse anuuendum, consentiendum, et etiam ratificandum, Quodque in praemissis vel eorum aliquo non inter-

ueniret, neque interveniet fraus, dolus, Simoniae labes, aut quaevis alia sinistra machinatio siue corruptela, et quodcunque alterius generis lictum, honestum, siue necessarium Juramentum in animam eiusdem Domini constituentis praestandum subeuudum, literarumque desuper expeditioni constituendum, Unum quoque vel plures Procuratorem vel procuratores loco ipsorum vel cuiuslibet eorum, cum simili, aut limitata potestate, Substituendum, Eumque vel eos revocandum, et onus procurationis hujusmodi in se reassumendum, totiens, quotiens opus fuerit, et ipsis seu eorum alteri videbitur expedire, praesente Procuratorio nihilominus iu suo robore duraturo. Et generaliter omnia alia et singula faciendum, dicendum, gerendum et procurandum, quae in praemissis et circa ea necessaria et oppurtuna fuerint, et quae Ipse Reuerendissimus Dominus Episcopus Constituens, faceret et facere posset, Si praemissis omnibus et singulis praesens et personaliter Interesset, etiam si talia forent, quac mandatum exigerent magis speciale quam praesentibus est expressum, Promittens insuper Idem Reuerendissimus Dominus Episcopus Curonien: in fide boni Praelati, mihi Notario publico Infrascripto, vice ac nomine omnium et singulorum quorum Interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum, quicquid per praedictos Dominos Procuratores suos constitutos et substituendos, ab eis seu eorum altero, actum, dictum, gestum, actum procuratumue fuerit in praemissis seu aliquo praemissorum. Releuans nihilominus ex nunc, et releuare volens eosdem Procuratores, et quemlibet eorum ab omni onere satisdandi ac Judicio sisti, ac Judicatum soluendum cum omnibus et singulis clausulis necessariis et oportunis sub Hypoteca et obligatione omnium bonorum suorum tam mobilium quam Immobilium praesentium et futurorum, et qualiter alia Juris et facti renunciatione ad haec necessaria pariter cautela. De et super quibus omnibus et singulis praemissis, Idem Reuerendissimus Dominus Episcopus Constituens sibi a me Notario publico infra-

scripto, unum uel plura, publicum seu publica etiam sub appensione et munimine sui Sigilli fieri petiit atque confici Instrumentum et Instrumenta. Acta fuerunt haec in Arce (.seu Curia.) dicti Reuerendissimi Domini Constituentis N. sub Anno, Indictione, die, Mense et pontificatu, quibus supra, praesentibus Ibidem, Ingenuis, Nobilibus et Prouidis etc. viris Dominis N. et N. testibus ad praemissa specialiter vocatis, rogatis et requisitis.

3. Instrumentum super acceptatione Coadiutorie.

In nomine domini Amen. Nouerint vniuersi et singuli, praesens publicum Instrumentum visuri, inspecturi, lecturi pariter et audituri, quod Anno a Natiuitate ejusdem Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Sexto, Indictione N. die uero N. Mensis N. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domini nri Domini Pauli diuina prouidentia Papae eius nominis Quarti, Anno primo etc. Ego Notarius publicus infrascriptus pro parte Reuerendorum et Venerabilium Dominorum, Praepositi, Decani, Canonicorum et Capituli Ecclesiae Curonien: requisitus, ut quasdam Literas Postulationis seu Nominationis per eos factae, de persona Venerabilis et Nobilis viri Domini Vdalrici Beren, dictae Ecclesiae Canonici, in Coadjutorem Reuerendissimi Domini, Domini Joannis eorum Episcopi Curonien: sub die N. Mensis N. praesentis Anni Millesimi Quingentesimi Quinquagesimi Sexti, per Honorabilem etc. Virum Dominum N. publicum et autoritate N. Notarium, subscriptas, ac dictorum Dominorum Episcopi et Capituli Sigillis munitas, ac contenta in eisdem, praefato Domino Udalrico Beren Coadiutori Postulato seu Nominato, intimarem, Insinuarem ac notificarem, Easdem ad me receptas vidi ac perlegi, ac deinde personaliter cum testibus Infrascriptis, accessi praefatum Dominum Vdalricum Beren Coadiutorem postulatum, Illique praesenti et Intelligenti, praenarratas Originales Literas postulationis seu Nominationis suae, Intimaui, Insinuaui, notificaui, praelegi et ad eius Indubitatam notitiam deduxi, ac ab eo diligenter quaesiui, Si postulationi huiusmodi, de se in Spiritu

sancto, pro publico bono Ecclesiae Curonien. et conseruatione Catholicae Religiouis ibidem factae, consentiret, qui post debitam deliberationem tandem humiliter, iu haec verba respondit: Postulationi seu Nominationi de me in Spiritu sancto factae, licet immerito, nec possum nec volo contradicere, Sed eam, quatinus per praefatum Sanctissimum Dominum nostrum Papam, Summum Romanae, ac Vniversalis Ecclesiae Pontificem (.cuius voluntati, ordinationi, et decretis me humiliter submisi, meque submittere dico.) eiusmodi postulatio seu Nominatio approbata fuerit, et confirmata, seu de nouo concessa, In nomine dei Patris, et filii, et Spiritus sancti, accepto, ratamque et gratam habeo etc. Acta fuerunt haec N. sub Anno, Indictione, die, Mense, pontificatu quibus supra, Praesentibus ibidem N. et. N. testibus ad praemissa specialiter vocatis, rogatis, atque requisitis.

4. Procuratorium Coadiutoris postulati.

In nomine domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo Quingentesimo, Quinquagesimo Sexto. Indictione N. die N. Mensis N. pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac Domini nri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papae eius nominis Quarti, Anno primo etc. In mei Notarii publici, testiumque Infrascriptorum praesentia, personaliter constitutus: Venerabilis ac Nobilis vir Dominus Vdalricus Beerr, Bremen: Verden: Winden: et Curonien: Ecclesiarum Canonicus. Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Dni, Joannis, moderni Episcopi Curonien: foelici eius regimine durante in Coadiutorem, necnon eiusdem, in eadem Ecclesia Curonien: quum illam per illius cessum uel decessum uacare contingeret: Successorem, postulatus et Nominatus, principalis, principaliter pro seipso, citra tamen quorumcunque Procuratorum suorum, per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, omnibus melioribus modo, via, Jure, causa et forma, quibus melius et validius de Jure potuit et debuit, fecit, constituit, creauit, et solenniter ordonauit suos veros, rectos, legittimos, et iudubitatos Procuratores, actores, factores et negotiorum suorum infrascripto-

rum gestores, ac inuicies speciales et generales, Ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra. Videlicet Reuerendum Venerabiles et Doctissimos viros et Dominos Casparum Hoyer et M. Joannem Henning, M. Hieronymum Buschlydium aut Petrum Bucerum, absentes tanquam praesentes, et quemlibet eorum in solidum, Ita tamen, quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod per unum eorum inceptum fuerit, id alter eorundem prosequi, mediare, terminare, et ad debitum effectum perducere valeat atque finire, Specialiter et expresse ad ipsius Domini constituentis nomine, postulationem seu nominationem puram et liberam, de persona sua per Reuereudos, Doctissimos et Venerabiles viros Dominos Praepositum, Decanum, Canonicos et Capitulum Ecclesiae Curonien. in Coadiutorem praefati Domini Joannis Episcopi, cum futura Successione per cessum vel decessum eiusdem factam, praedicto Sanctissimo Domino nro papae, ac Sacro Illustrissimorum ac Reuerendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegio, siue Reuerendissimo Domino Vicecancellario ac aliis personis quibus ubi et quando opus seu expediens fuerit, Intimandum, notificandum, et exponendum, ac per alios Intimari, notificari et exponi faciendum, et procurandum, eandemque Postulationem seu Nominationem cum futura Successione ab eodem Sanctissimo Domino nro Papa, Apostolica authoritate confirmari, et approbari, seu de nouo concedi humillime petendum, obtinendum, et Impetrandum, necnon quoduis Juramentum seu Juramenta in similibus praestari Solita et consueta, licita et honesta. Quodque in et circa Postulationem seu Nominationem huiusmodi non interuenerit, neque interueniet fraus, dolus, Symoniae labes, aut quaeuis alia illicita pactio vel corruptela in Animam ipsius Domini Constituentis Juramentum praestandum, et subeundum Literasque desuper etiam super retentione Beneficiorum Ipsius Domini Constituentis, et alias omni ex parte necessarias et opportunas Impetrandum, expediri faciendum et obtinendum. Caeteraque alia omnia in praemissis, et eorum

quomodolibet procuranda, gerendum, faciendum et peragendum, Vnum quoque vel plures Procuratorem vel Procuratores loco ipsorum, et cujuslibet eorum cum simili aut limitate Substituendi, Eumque vel eos reuocandum et onus procurationis huiusmodi in se reassumendum totiens, quotiens opus fuerit, et ipsis seu eorum alteri videbitur expedire, praesenti Procuratorio nihilominus in suo robore duraturo. Et generaliter omnia alia et singula faciendum, dicendum, gerendum et procurandum, quae in praemissis, et circa ea necessaria et oportuna fuerint, et quae Ipse Dominus constituens faceret et facere posset, Si praemissis omnibus et singulis praesens et personaiiter Interesset. Etiam si talia forent, quae mandatum exigerent magis Speciale, quam praesentibus est expressum. Promittens Insuper Idem supradictus In fide boni viri, mihi publico Notario Infrascripto, vice ac nomine omnium et singulorum, quorum Interest, Intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum, quicquid per praedictos Dominos Procuratores suos constitutos ac substituendos, ab eis seu eorum altero, actum, dictum, gestum, factum, procuratumve fuerit in praemissis, seu aliquo praemissorum. Releuans nihilominus ex nunc, et releuare volens eosdem procuratores et quemlibet eorum, ob omni onere Satisdandi, ac Judicio sisti, ac Judicatum soluendum cum omnibus et singulis clausulis necessariis et oportunis sub hypotheca et obligatione omnium Bonorum suorum mobilium, et Immobilium, praesentium et futurorum, et qualiter alia Juris et facti renunciatione, adhuc necessaria pariter cautela. De et super quibus omnibus et singulis praemissis Idem praefatus Dominus Constituens, sibi a me Notario publico Infrascripto vnum vel plura, publicum seu publica, etiam sub Appensione et munimine sui Sigilli fieri petiit atque confici Instrumentum seu Instrumenta. Acta sunt haec N. etc. sub Anno, Indictione, die, Mense et pontificatu quibus supra; Praesentibus ibidem etc. viris dominis etc. testibus, ad praemissa specialiter vocatis, rogatis, et requisitis).

5. Articuli qui aut in Vrbe, aut extra Vrbem in Partibus debent probari et uereficari.

Reuerendo Domino et Sanctissimo Domino nostro Papae, Reuerendissimisque et Illustrissimis Dominis Cardinalibus, per relationem seu propositionem Reuerendissimi et Illustrissimi Domini, Domini Joannis . . . . . Nationis Germanicae Protectoris, ipsiusque nationis negotiorum, in Cousistorio secreto Sanctitatis suae referendorum, Relatoris, constare possit et valeat, de existentia Cathedralis Ecclesiae Curonien: Prouinciae Liuoniae, Et de Ingrauescente aetate, et Senio, ac continuis fere, et saepe recurrentibus Infirmitatibus Reuerendissimi Patris et Domini, Domini Joannis, moderni Episcopi Curonien: Necnon de Cauonica Postulatione Venerabilis et Nobilis viri Domini Vdalrici Beren dictae Ecclesiae Curonien: Canonici, In Coadjutorem praefati Domini Joannis Episcopi, eiusque futurum, in praedicta Ecclesia Successorem postulati, Ipsiusque Domini Vdalrici abilitate, et Idoneitate, ad officium Coadiutoris exercendum, Illoque cessante eidem Ecclesiae praesidendum, Necnon de grauaminibus et damnis per eandem Ecclesiam, et pro tempore existentes illius Episcopos, propter Haeresim Lutheranam, et alios Catholicae Religionis hostes, passis, Ipsiusque Ecclesiae depauperatione et inopia, Ac etiam caussis et periculis, quare non solum expediat, verumetiam summopere necessarium videatur, pro eiusdem Ecclesiae, Illiusque status et Dominii temporalis, ac in ea, et Diocesis Curonien: religionis Catholicae conseruatione, ad huiusmodi Coadiutoris auctoritate Apostolica constituendi deputationem deuenire. Aliisque infradicendis Procurator, et eo nomine praefati Domini N. principalis sui, dat, facit et exhibet coram eadem Reuerenda Dominatione Vestra pro Summaria Informatione, positiones et Articulos infrascriptos, ac contenta et descripta in eisdem, offerens se illos, quatenus negati fuerint probaturum, Ad superfluam tamen probationem se minime astringens, De quo expresse protestatur.

I. Imprimis quidem Procurator praedictus quo

snpra nomine Procuratio ponit et dicit, quod a Decem, 20. 30. 60. 80. et 100 Annis citra ac Supra, ac a tanto tempore (.de cuius Initio memoria hominum non existit:) in Prouincia seu partibus Liuoniae fuit, esseque consueuit, prout de praesenti existit quaedam Solemnis et Notabilis Ecclesia Cathedralis, communiter vocata et appellata Ecclesia Cathedralis Curonien: Habens Episcopum pro tempore ut Caput, necnon Praepositum, Decanum, et Seniorem ac multos Canonicos actu Praebendatos tanquam membra, Capitulum dictae Ecclesiae, ex et inter se facientes et representantes. Necnon longam et latam Diocesim ab aliis Diocesibus circum vicinis distinctam et separatam, Omniaque alia signa et Insignia, solennem et notabilem Cathedralem Ecclesiam facieutia, et demonstrantia, palam et publice. Et sic fuit et est verum.

II. Item ponit et dicit quod praedictus Dominus Joannes Episcopus a multis annis praeteritis fuit et erat, prout hodie existit verus et Indubitatus dictae Ecclesiae Curonien: Episcopus et pastor, eandem Ecclesiam in spiritualibus et temporalibus laudabiliter regens et gubernans, Necnon in regiminis et Administrationis, ac Pontificalis dignitatis ipsius Ecclesiae, pacifica, et quieta possessione, fructus, redditus et prouentus mensae Epicopalis eiusdem Ecclesiae percipiendo, exigendo et leuando, ac in suos et dictae Ecclesiae suae vsus et vtilitatem conuertendo. Vt et tanquam verus et Indubitatus Episcopus Curonien: Seque pro tali, et vt talem gessit, nominauit, habuit, reputauit, tenuit et tractauit, prout gerit, nominat, habet, reputat, tenet, ac tractat de praesenti. Fuitque etiam ab aliis pro tali, et vt talis, nominatus, habitus, reputatus, tentus et tractatus palam et publice. Et sic fuit et est verum.

III. Item ponit et dicit quod praedictus Dominus Joannes Episcopus ab aliquot Annis, citra grauibus et quasi continuis morbis, laborauit et laborat. Ita quod singulis fere mensibus per aliquot dies communiter decumbere cogatur, Morbo semper magis ac magis ingrauescente, Incrudescente, Et propterea plurimum viribus sui Corporis, Senii Incommo-

ditatibus accedentibus, destitutus fuit. Prout de praesenti quoque destitutus existit palam et publice. Et sic fuit, et est verum.

IIII. Item ponit et dicit quod praedictus Dominus Joannes Episcopus alias prouide considerans, quod causantibus continuis morbis suis huiusmodi curam, regimen et administrationem, dictae suae Ecclesiae, Illiusque Subditorum vlterius per Seipsum exercere, commode non valeret: Venerabiles et Prouidos viros ipsius Ecclesiae Capitulum, vtpote eos, ad quos, iuxta Nationis Germanicae concordata (.sub quibus comprehensi existunt.) cum Sede Apostolica inita, Electio personae Idoneae In Episcopum Curonien: dum Ecclesia ipsa pro tempore vacat, pertinere dignoscitur, aliquoties paterne re quisiuit, quatenus Ipsi, neque Ecclesia ipsa propterea in spiritualibus detrimenta susciperet, neve eadem Ecclesia post obitum suum occurrente Illius vacatione, propter maxima pericula inferius dicenda, ad nihilum reduceretur, prophanaretur, ac Capitulum et Clerus sua Electione priuaretur, et a bonis omnibus ejicerentur, Sibi aliquem Idoneum, (eius vita durante) in Coadiutorem, ac in Ecclesia praedicta futurum Successorem eligerent ac prouiderent palam et publice, Et sic fuit et est verum.

V. Item ponit et dicit, quod praefatum Capitulum, petitioni et Commoditati ipsius Reuerendissimi Domini Joannis Episcopi, in ea parte vt par erat, annuere, Ipsiusque Ecclesiae damna et Incommoda ac perpetuam ruinam Imminentem praecauere, Necnon eidem Ecclesiae ex tunc prout ex ea die, et e contra quum vacaret, de persona vtili et Idonea et etiam fructuosa prospicere volentes, pro Coadiutoris hujusmodi, vt dicti Domini Joannis Episcopi in Ecclesia Curonien: Successoris ac Episcopi Curonien: futuri, postulatione celebranda, vocatis omnibus qui voluerant, potuerant, seu etiam debuerant postulationi huiusmodi Interesse, Die ad postulandum praefixa, et Missa primitus de Spiritu sancto deuote celebrata, et ipsius Spiritus sancti gratia humiliter inuocata, ut moris est, convenientes in vnum, praefatum Venerabilem ac nobilem virum Dominum

Vdalricum Bereu, ipsius Ecclesiae Canonicum, In vel circa aetatis suae Anno 27. ac Ordine Svbdiaconatvs constitutum, praedicti Domini Joannis Epi. Coadiutorem, Ipsiusque Domini Joannis, quum Ecclesiam eandem per ipsius cessum vel decessum vacare contingeret, in ea Successorem et Episcopum Curonien: futurum, Die videlicet N. Mensis N. Anni N. via Scrutinii, concorditer postulauerunt seu nominauerunt, prout et quemadmodum in publico quodam desuper confecto Instrumento, quod procurator praedictus hic exhibet plenius continetur palam et publice, Et sic fuit et est verum.

VI. Item ponit et dicit quod saepedictus Dominus Joannes Episcopus Curonien: postulationem seu Nominationem hujusmodi post illius Intimationem, Insinuationem et notificationem, per Venerabilem Virum Dominum N. Decanum Curonien: mandato praefati Capituli Curoniens. sibi factam, Si et quatenus a dicto Domino Vdalrico Beren Coadjutore postulato seu nominato, aeceptata, et per Summum pontificem approbata, seu etiam de nouo concessa fuerit, ratam et gratam habens, libenter supradictum Venerabilem Dominum Vdalricum Beren, in Coadjutorem et in dicta Ecclesia suum Successorem et Episcopum Curonien: futurum, ut praefertur postulatum seu Nominatum acceptauit. Et nihilominus nonnullos Procuratores in Romana Curia residentes, ad eius nomine et pro eo, in manibus Sanctissimi Domini nostri Papae, vel alterius ad id potestatem habentis, Postulationem seu Nominationem Coadiutoris huiusmodi, ratificandum, ac in illius approbationem et Confirmationem, seu etc. in nouam creationem et deputationem dicti Coadiutoris constituendum, coram Notario et Testibus fide dignis, constituit, solenniter deputauit, prout et quemadmodum in aliis Instrumentis publicis, desuper respectiue confectis, quae Procurator praedictus hic etiam exhibet, plenius continetur palam et publice. Et sic fuit et est verum.

VII. Item ponit et dicit, quod praefatus Dominus Vdalricus Berr, in dicti Reuerendissimi Domini Joannis Episcopi Coadjutorem, et in dicta

Ecclesia Successorem, ac Episcopum Curonien: futurum, vt praefertur, postulatus seu Nominatus, dicta postulatione seu Nominatione, sibi insinuata, notificata, perlecta et praesentata, Illam post debitam deliberationem, accedente Sanctissimi Domini nostri Papae beneplacito, quo se humillime submisit, ratam et gratam habens, in dei nomine acceptauit, Illique pariter consensit, prout et quemadmodum in quodam alio Instrumento publico desuper confecto, ad quod procurator praedictus se refert, etiam plenius continetur palam et publice. Et sic fuit et est verum.

